Ibid. A. 10. *Καὶ ζώνης ἀκηράτου.* Cinguli apud veteres singularis ac praecipua semper cura fuit, etsi forma haud semper eadem. Nam quod olim simplex fascia fuit,

mox taenia latior variis circumtexta gemmis ac lapillis, et 372
in laevum nonnunquam lacertum relecta Cingulum fuit; quale depictum videre est in iconibus initio operum Nicephori Gregorae praefixis, et in nummis Impp. Byzantinorum. Cingulum porro militiae primum, tum cuiusvis postea magistratus et honoris, etiam Augustalis, insigne. Unde Cingula sumi solita pro quibusvis honoribus. Epitaphium vetus Pantagathi Episcopi Viennensis:

Arbitrio regum Quaesturus Cingula sumpsit.

Aliud Namatii:

Post fasces posuit, et cingula Symmachus ampla.

Unde proiicere Cingulum, est ultro honores sive militares sive palatinos exuere. Freculph. tom. II. lib. IV. c. XXIV. *Indignata Iustina vocavit tunc Benivolum Quaestorem, iubens ut velociter proponeret legem, quae Fidem prolatam in Arimino confirmaret. Cumque hoc ille agere declinaret, erat enim orthodoxus, maioribus cingulis eum invitavit. Benivolus autem discingens se, balteum ante pedes augustae proiecit dicens, neque illum honorem neque maiorem velle se habere pro impietatis mercede.* Quidam tamen cingulum ad eos honores restringunt, quibus ius gladii accedebat, οἱ ἄρχοντες μετὰ ξίφους καὶ τελαμῶνος, ut loquitur Gregor. Nazianz. ep. ad Africanum. Hos inter est doctissimus Sirmondus in Notis ad Sidon. Quod vereor ut sit universe verum.

Ibid. A. 6. *Περιχρύσων καμάκων.* Hesychio, *Κάμαξ* et *δόρυ* dicitur, et *δοράτιον ἱππικόν.*

Ibid. B. *Τὴν ἐνόπλιον χορείαν.* Pyrrhicham nimirum, cuius peritissimum fuisse Constantium, autor est praeter Themistium Ammianus lib. XXI. Est autem Pyrrhicha omnino duplex; pedestris scilicet, et equestris, ut recte probat Valesius in Notis ad XIV. Ammiani librum. Utramque Themistius docet calluisse Constantium, cum proxime addit, καὶ τοὺς ἐπὶ τῶν ἵππων ἐξελιγμούς.

Ibid. B. 5. *Ἐκ τριγονίας βασιλικῆς.* Ab Imperatoria stirpe iam tertius. Constantius quippe Constantini M. filius; iste Constantii Chlori Augusti. Eodem sensu Commodum Imperatorem Herodianus appellat lib. I. *Ἐκ τριγονίας βασιλέα.* Themistius oratione VIII. pag. 115. Καὶ πολλοὶ τὰ ὑπήκοα ἐκ τριγονίας διαδεξάμενοι.

Ibid. B. ult. *Τὰ σά.* Voculam istam recte Petavius restituendam curavit. Eundem deprehendes loquendi modum orat. III. et alibi passim.

Ibid. C. 9. *Τετιμημένα.* Forte *δεδιμημένα.*

P. 3. A. 4. *Οκῳ.* Corrig. *Οστις.*

Ibid. C. 5. *Λοιδορεῖν τε.* Infinitivus, ut aiunt, modus, apud Themistium frequens, pro imperandi modo. Sic paulo post, *κἀκεῖνο ἔτι γινώσκειν.*

P. 4. A. 8. *Οὐ γὰρ ἂν ταῦτα.* Ut nostra est coniectura, legendum est *ταὐτὰ*; atque adeo sic locum istum reddi oportuit; *neque enim idem diceretis omnes, si mentiremini.*

P. 5. A. 3. *Καθ' αὑτὸν ὁ λόγος βαδίζει.* Sic verte; *seipsa nititur oratio suisque rationibus, non solo Imperatoris exemplo.*

373 Ibid. C. 6. *Βασιλικὴ παρὰ τὰς ἄλλας.* Vopiscus in Aureliano. *Hunc multi neque inter bonos neque inter malos Principes ponunt, idcirco quod ei Clementia, Imperatorum dos prima, defuerit.* Constantium certe non semel et *φιλανθρωπότατον*, et *θειότατον* Gregorius Naz. appellat.

Ibid. C. 11. *Καθ' ἑαυτὴν ἀκριβῶς.* Adde, *ἑκάστην.*

P. 7. B. ult. *Τῆς δὲ Καμβύσου.* Huius insaniam ac crudelitatem ut senserint Aethiopes, Aegyptii, alieni, propinqui, externi, domestici, eleganter describit Herod. in Thalia.

Ibid. C. 9. *Ὃς μόνος γιγνόμενος.* Sic vertendum fuit: *Quae* (ratio) *cum sola sit in anima quae virtutem conservet, in eo qui*, etc.

P. 8. A. ult. *Κατὰ.* Deerat haec vocula in cod. MS.

Ibid. D. *Γελῶ δὲ ἔγωγε.* Caium praesertim suggillat, Augusti nominis et fastigii dehonestamentum ac probrum; quem Philo templis et altaribus per totum orbem, excepta Iudaea, cultum docet; nummi Deum appellatum, dum vivus adhuc esset, testantur.

P. 9. A. 3. *Τοιγαροῦν ὁ μέν.* E duobus illis, alter est, ut opinor, Caius; alter vero, quis? an Tiberius, quem recusasse accepimus delatum sibi Patrum iudicio Patris Patriae cognomen? Certe in nummis eius nusquam apparet.

Ibid. A. 10. *Μόνος γάρ ἐστι.* Quid si ita restituatur lacuna? *Μόνος γάρ ἐστιν ἀτεχνῶς εἰδὼς τὸ θαυμάζειν αὐτόν.*

Ibid. B. 5. *Ὅστις δὲ ὑπὲρ τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους.* Senec. I. de Clem. *Quid autem? non proximum illis locum tenet is qui se ex Deorum natura gerit, beneficus ac largus, et in melius potens? Haec affectare, haec imitari decet, maximum ita haberi, ut optimus simul habeare.*

P. 10. C. 5. *Ὡς ἀντερᾶσθαι.* Adde post illam vocem, *συνάπτεσθαι δύναται*, vel potius pro *δύναται*, lege *συνδέεται.*

P. 11. B. 4. *Ὁ δὲ γενναῖος τύραννος.* Synes. orat. de Regno.

Ibid. C. 4. *Ος τὸν ἀδελφὸν δοῦλον οἰόμενος.* Abiit in paroemiam, *Persica servitus*, apud Senec. lib. III. de Ira, c. XVII. et II. de Benef. c. XII.

Ibid. D. *Τοξευόμενον δέ.* De Persis loquitur, quae gens arcu praestat. Verti ergo locus iste sic debet: *Et cum suam in sagittando peritiam ostentet, aberrare tamen a prudentia, et a iustitia facile excidere.*

Ibid. D. 3. *Η λῆψεσθαι.* Adde, ᾤετο.

P. 12. A. 6. *Τὸν ἥμερον τῷ ζῶντι.* *** Deploratus locus; quem tamen sic restitui putamus posse. *Καὶ τὸν ἥμερον τῷ ζέοντι· δυσχεραίνει γὰρ ἡ κακία πλησιέστερος οὖσα τῇ ἀρετῇ· οὐδ' ἔσθ' ὅτι μᾶλλον αὐτὴ ἐχθαίρει καὶ ὑφορᾶται· ἔστι γὰρ αἰνότερόν που τὸ αἶσχος ἐγγὺς τοῦ κάλλους ὁρώμενον. Neque mitem iracundus: neque enim amat improbitas vicinior esse virtuti; neque quidquam est quod ipsa peius oderit, nihil quod reformidet magis: Nam omnis deformitas turpior apparet, si ad eam pulcritudo propius admoveatur.*

Ibid. A. ult. *Ἀλλ' ἡ βασιλέως ἀρετή.* Ad Singarensem victoriam (qualiscunque demum ea fuit; victoribus enim perinde ac victis cruentam fuisse memorant coaevi scriptores) sed ad eam tamen referri ista possunt percommode: et vero debent, maxime si Eutropium audimus, quo autore, *nullum contra Saporem prosperum Constantio praelium fuit, nisi* 374
quod apud Singaram, etc. De hac victoria agunt praeter Themistium et Eutropium, Sext. Rufus, Libanius, orat. quae *Βασιλικὸς* inscribitur, et praesertim Iulianus orat. I. Quo vero tempore acciderit, docet rescriptum Constantii Nisibi datum ad Nemesianum P. V. Amantio et Albino Coss. hoc est an. CCCXLV. aerae vulg. Disertius vero idem Iulianus orat. cit. cum Magnentii tyrannidem in Gallia sexto ferme post illud praelium anno exortam refert. Erupit autem ista vis Magnentii, ut omnes consentiunt, anno CCCL. sub Autumni initium, idque ex eodem Iuliano demonstrat eruditus Petavius in Notis ad orat. illius primam. Cuius quidem viri eximia fides alias sat perspecta, hoc etiam loco se omni ex parte prodit: nam cum in aliam plane sententiam abeat, secutus Idatii fastos, qui hanc pugnam in an. CCCXLVIII. Philippo et Salia Coss. reliciunt, quod et plerique alii fecerunt; etsi hoc Iuliani testimonio sententiam suam premi et labefactari haud dubie videret, vir in hoc praesertim genere perspicacissimus, tamen veterem lectionem retinendam censuit. In quo haud ita religiosus videri Valesius voluit, qui in ea orat. Iuliani, inducendam hanc vocem *ἕκτον*, ac sine

dubio legendum esse τρίτον, asseverate pronunciat in Notis ad Ammian. pag. 156.

Ibid. B. *Κέρδος* **. Supple *τῆς φρονήσεως*, loco *τονήσεως*, quod corrupte legitur in MS. adde, si iubet, *καθάπερ πλοίου*, ex orat. XXVI. pag. 321. ubi eandem sententiam repetit.

Ibid. B. 11. *Ἐκ σπαργάνων κυβερνήτην*. Constantium, ferme iam a cunabulis clavo imperii innutritum.

P. 13. A. *Εἰ δὲ ἐπονείδιστον*. Praeclare in hanc sententiam Latinus Pacat. in Paneg. *Et privatorum quidem avaritiae, licet mala, tamen aliqua defensio est; timetur inopia, et reponitur senectuti; et prospicitur haeredi. Quam affert causam concupiscendi, qui quantum ubique est, habet?*

Ibid. A. 8. *Ἀλλ' ὁ μὲν αἴτιος*. Quid si legatur, *φιλαίτιος*.

Ibid. A. 11. *Ποῖον γάρ*. Mutila, et quae doctissimo Interpreti visa est inextricabilis sententia.

Ibid. B. *Τῶν φαύλων δὲ αἱ κολάσεις*. Senec. I. de Clem. *Principi non minus turpia multa supplicia, quam medico funera.*

Ibid. B. 5. *Ξύνη*. Vox superflua.

P. 15. B. 5. *Ὁ δὲ φιλάνθρωπος βασιλεύς*. In eam sententiam egregium habes Symmachi locum in Notis Petav. ad pag. 228. orat. XIX. Idem Themistius repetit orat. XVI. pag. 212.

Ibid. B. 8. *Ἐκείνῳ ἀδυνατεῖ*. Corrig. *ἐκεῖνος*.

Ibid. C. 10. *Διακρίνειν ἁμάρτημα, καὶ ἀδίκημα, καὶ ἀτύχημα*. Elegans sententia, quam iterum orat. VII. et IX. repetit. Vide Aristot. lib. I. Rhetor.

Ibid. D. antepen. *Ἐκ τῶν πραγμάτων*. Melius, *παραδειγμάτων*.

P. 16. A. 2. *Καὶ Ἄδραστον*. Hic Gordii Phrygum Regis filius, cum Atym Croesi filium imprudens occidisset, se ipse deinde super Atyis bustum transfodit. Herod. lib. I.

375 Ibid. B. 2. *Ἡ ποτέρας τυγχάνουσα θεραπείας*. Sic verti oportuit: *Aut quam curationem acciperet, cum prius concitabantur adversus eam tragoediae*, etc.

Ibid. C. 3. *Οὐ*. Vox redundans. Paulo post (*χρήσιμον*) irrepsit, ut alia multa, in textum ex margine. Pariter (*ἐνδοτέρω*) vox expungenda.

Ibid. C. 9. *Καὶ νέον*. Iuvenem appellare Constantium videtur; et quidem fortasse recte; nam ante biennium in Singarena pugna ob aetatem obtemperatum ei non fuisse autor est Iulianus orat. I. At cur orat. III. eundem adhuc

νέον Themistius appellat; quem constat tum cum dicta illa oratio est, hoc est, an. CCCLVI. ad XL. fere annum aetatis pervenisse? Graeci namirum νέον, de virili et firmata iam aetate aliquando usurpant.

P. 17. C. 8. *Θλίγα τῷ δύο ὦτα.* Alludit ad Regum Persarum morem explorationibus utentium, qui principis aures et oculi dicebantur, ut cum ex aliis discimus, tum ex Xenoph. lib. VIII. *Κύρου παιδ.* Ab Apuleio etiam lib. de Mundo; a quo eiusmodi Emissarii sive Auscultatores, *Ωταχουσταὶ* appellantur. *Inter eos*, inquit, *aures regiae et Imperatoris oculi quidam homines vocabantur, per quos officiorum gratia Rex ab hominibus Deus esse credebatur, cum omnia quae ubicumque gerèrentur, illo Otacustarum delatione discebat.* Quod barbarum et tyrannicum institutum nuncupat Arist. lib. V. Politic. c. XI. Tolerandum tamen, imo et laudandum in Principe illum oculorum et aurium multitudinem putat Themistius; cum eum non suspicio, sed providentia, non ad saeviendum, sed ad bene faciendum adsciscit. Quo de genere prudentiae Theodosium laudat idem, orat. XV. pag. 196. At, si Ammiano fidem habemus, abutebatur eiusmodi hominum obsequiis Constantius, quem ait lib. XIV. *Exposita semper rumoribus et patentes aures habuisse*, etc.

Ibid. D. 4. *Καὶ μόνη.* Forte, *μόνῳ παρὰ τῶνδε.*

P. 18. A. *Προσεχόμενος.* Forte, *προσεχόμενοι.*

Ibid. A. 7. *Τῆς φιλοσοφίας ἡλικώτατος.* Fuit igitur Themistius Constantio *ὁμήλικος*, atque adeo cum exploratum sit natum esse Constantium Gallicano et Basso Coss. hoc est an. CCCXVII. serae vulg. attigisse utrumque oportuit; cum haec dicerentur, annum fere trigesimum.

AD EPISTOLAM CONSTANTII

DE THEMISTIO.

Petav. Scripsit hanc ad Senatum Epistolam Constantius, anno Christi CCCLV. hoc est, Arbitione et Lolliano Coss. ut in fine Epistolae suscriptum legitur. Horum Coss. meminit Sulpitius lib. 2. et hic Constantii annus fuit XIX. quo Themistium Senatoria dignitate auxit: eaque ipsa est epistola cuius orat. II. meminit. Harduin. Cum ad Senatum Urbis Regiae mittit Latino sermone scribere consuessent Imperatores Ro-376

mani, prorsum est suspicari hanc epistolam Graece fuisse ex Latino redditam, ab ipso fortasse Themistio. Datam porro oportet esse Mediolano, ubi toto hoc ferme anno egisse Constantium docet Ammian. l. XV. Sever. Sulp. l. II. et Constitutiones ibidem datae. Denique Inscriptionem epistolae credibile est fuisse huiusmodi: *Constantius Aug. Senatui CP. S. D.* Simili enim omnino formula usus est postea Valentinianus Iun. in Nov. de indulg. reliq. Impp. *Theodosius et Valentin. Augg. Coss. Praetoribus, Tribunis plebis, Senatui suo, salutem dicunt. Si vos liberique vestri valetis, bene est; nos exercitusque nostri valemus.*

P. 18. C. 5. *Τῷ πλήθει τῶν τροπαίων.* HARDUIN. Commemorat, opinor, bella civilia, in quibus quidem cum Sext. Aurel. Victor in epit. ad Valentem, ait fuisse felicem, cum *in externis fuerit*, ut idem ait, *miserabilis*. Quamquam et in his ipsis per duces suos interdum vicit, et victoriae laudem ducibus suis detrahere, ut omnem ad se transferret, solitus erat, ut scribit Ammianus sub finem libri XVI.

P. 19. A. 6. *Οὐδεμία γὰρ χάρις.* HARDUIN. In eandem sententiam egregie Symmach. l. IX. ep. CII. *Ita*, inquit, *naturae comparatum est, ut omnes sibi delatum decus iudicent, quod dignus accepit.*

Ibid. B. 5. *Καὶ τὰ εἰκότα συμπνούμενα.* HARDUIN. Expuncta vocula *καὶ*, sic emendanda reliqua; *τὰ εἰκότα συμπνούμενον ὑπ' ἀλλήλων.*

P. 20. A. penult. *Ἀλλὰ καὶ ἀκριβῶν.* HARDUIN. Adde, *ποιεῖ.*

P. 21. B. penult. *Τὰ πρῶτα δίδωσι.* PETAV. Postulat sententia, *οὐ τὰ πρῶτα.*

Ibid. D. ult. *Οὐ γὰρ ἐνδεῶς οἴκοι.* PETAV. Vide orat. XXIX.

P. 22. A. 4. *Καὶ παιδοποιΐας.* HARDUIN. Certe Libanius ep. 474. Themistium consolatur de obitu filii cognominis.

Ibid. B. ult. *Τὸν λαμπρότατον.* PETAV. Clarissimum, hoc est, Senatorem.

P. 23. in subscript. *Legit autem Iustinus Clarissimus Proconsul.* HARDUIN. Nempe id Senatorii ordinis honori datum, ut per praecipuos viros orationes suas in Senatu recitari Imperatores vellent, veluti per Proconsulem, ut Constantius hanc orationem; vel per Primicerium Notariorum, ut Valentinianus legem XIV. VI. Cod. tit. 2. de Senator. et glob. vel per Quaestores sive Candidatos Principis, ut in Notis ad orationem II. animadvertit eruditus vir Petavius. Hunc vero qui Proconsul hic dicitur, haud existimo illum qui eo nomine vulgo exprimitur, gessisse magistratum; sed unum fuisse potius ex Duum-

viris, quos ἀνθυπάτους Socrates vocat l. II. C. XLI. quique Senatus CP. principes extiterunt, antequam Praefectus Urbi crearetur, Duumviris abrogatis, quadriennio ferme ipso postquam haec oratio dicta est, hoc est, an. CCCLIX. Vide Notas ad orat. XVII.

AD ORATIONEM II. NOTAE. 377

Petav. Reddit Imperatori Constantio vicem, a quo per epistolam laudatus fuerat; eumque, uti praefert orationis titulus, cum primis philosophum esse declarat. Harduin. Dicta est haec oratio Constantinopoli, Mediolani adhuc, ut supra diximus, degente Constantio.

P. 25. A. *Ἀθήνησι τοὺς ὀφείλοντας.* Harduin. Ea lex his verbis concepta legitur, lib. III. leg. Attic. tit. 2. *Ἐάν τις ὀφείλων ἄρχῃ τῷ δημοσίῳ, θάνατον ζημίαν εἶναι.*

Ibid. D. 5. *Ἡ πάλαι Κροῖσος.* Petav. Herod. in Erato.

P. 26. A. 5. *Ἀνευ πόνου ὑπό.* Petav. Forte *ὑποῤῥέον.*

Ibid. A. 6. *Ὁ Κωνσταντῖνος.* Petav. Videtur *Κωνστάντιος* reponendum, etsi aliter in Regio legitur; siquidem et a Constantio laudatus est Themistius.

Ibid. A. 10. *Τὸν Καρχηδόνιον.* Petav. Lege *Χαλκηδόνιον,* pro *Καρχηδόνιον*: quae voces inter se permutari solent, ut ad Synesium monuimus.

Ibid. B. penult. *Οὗτος μικρὸν βιβλίον.* Petav. Diceret saltem *βιβλίον*; non illud adiiceret, quod ad praeconii imminutionem facit. Sed *μακρὸν* rescribendum iudico.

Ibid. C. 5. *Καὶ τὸν προφήτην, καὶ ἐξηγητήν.* Petav. Lecta est haec Imperatoris epistola Kal. Sept. a Iustino Clarissimo Procos. ut ex subscriptione constat. Notum hoc Quaestorum munus proprium extitisse, sive Candidatorum Principis; quemquam et alii quoque summates eo perfuncti sunt. Symmach. lib. X. epist. II. ad Gratian. *Scio amore factum, quo summates viros plerumque dignamini, ut sacrae Orationi vestrae lector adhiberer.*

Ibid. C. 7. *Βάκιδος, καὶ Ἀμφιλύτου.* Petav. Assentior Steph. et *Ἀμφιλύτου* scribo. Ita Aristides Sicula I. tom. 2. *Καὶ οὐδ' ἐκ τῶν Βάκιδός χρησμῶν, οὐδ' Ἀμφιλύτου μαθεῖν δεῖ με, ἀλλ' αὐτὸς ἐξ εἰδὼς ὑμῖν προλέγω.* Est et Amphilochi mentio tom. I. orat. in Asclepiadas. Fuit vero Amphilytus Atheniensis, ut ex Platone constat in Theage,

apud quem ita interrogat Socrates: *Εἶπας ἂν οὖν μοι τίνα ἐπωνυμίαν ἔχει Βάκις τε καὶ Σίβυλλα, καὶ ὁ τιμιώτατος Ἀμφίλυτος; Θεα. τίνα γὰρ ὦ Σώκρατες, πλὴν γε χρησμῳδοί;*

Ibid. C. 9. *Μεταμφιεσάμενοι τὰς τηβέννας.* PETAV. Senatores in Urbe colobiis ac penulis utebantur sub illa tempora. In Senatu togis. l. XIV. Cod. Th. tit. X. *Intra moenia constitutus nullus Senatorum habitum sibi vindicet militarem: sed chlamydis terrore deposito quieta coloborum ac penularum induat vestimenta. Cum autem vel conventus ordinis candidati coeperit agitari, vel negotium eius sub publica Iudicis cessione cognosci, togatum eundem interesse mandamus.* Atqui chlamydatos fuisse Senatores suadet Ambrosius l. de Dignit. Sacerd. c. III. *Sicut Senatorem chlamys ornat, sicut agricultura rusticum, sicut nautam navigationis peritia*, etc. An haec scripsit Ambrosius ante Imp.
378 Constitutionem, quae lata est Antonio et Syagrio Cos. A. C. CCCLXXXII. Adeo ut post illam chlamyde intra moenia uti desierint? An de Senatoribus loquitur extra urbem atque in Provinciis constitutis, aut in Comitatu quod *στρατόπεδον* dictum, ut illic militaris cultus permitti potuerit? Nonnullis quidem magistratibus insigne chlamydis concessum, ut Vicario Urbis Romae apud Cassiod. l. VI. c. XV. *Additur quod nec salutari te sine chlamyde iura voluerunt: scilicet ut sub veste militari semper vivus nunquam credereris esse privatus.* In formula quoque Rectoris Provinciae ep. XXI. *Chlamydis tuae procul dubio inter alia clavos intende.* Utcumque sit, colobiis ac penulis intra Urbem Senatores usi sunt. Colobium vetus Gloss. Graecolat. *subiculam* vocat. *Κολόβιον Colobium, subicula.* Servius ad haec Virgiliana l. IX.

Et tunicae manicas, et habent redimicula mitrae.

Nam colobiis utebantur antiqui. Est igitur tunica sine manicis. Isid. l. XIX. c. XXII. Aegyptios Monachos colobiis indutos fuisse docet Cassianus. Sed errant viri quidam docti, qui vestis honestioris genus esse negarunt, ac P. Pithoeum perperam reprehenderunt, qui l. I. Adver. c. XVI. idipsum adnotaverat. Quod in Senatu ac solenniore consessu togis ac trabeis induti fuerint, confirmat Corippus l. IV.

Incessit laetus praeclara in veste Senatus,
Pars trabeis, pars compta togis, ut cuique probatus
Ordo, locum, cultumque dabat.

Quin et calceos tum mutabant, ac Senatorios induebant, hoc est, mulleolos. Zangas posterior aetas nominavit l. XIV. Cod. Theod. tit. X. Tzangae vocantur; quarum ibidem usus

intra Urbem interdicitur. Velim Horatii interpres ad haec verba Sat. VI.

Nam ut quisque insanus nigris medium impediit crus
Pellibus.

Nigris pellibus (inquit) Zangis. Trebellius Pollio in Claudio. *Zangas de nostris Parthicis paria tria.* Nam ex Parthicis pellibus Imperatoriae Zanchae sive Campagi fiebant. Corippus l. II.

Purpureo surae resonant fulgente cothurno:
Cruraque puniceis induxit regia vinclis,
Parthica Campano dederant quae tergora fuco.

Mox

Augustis solis hoc cultu competit uti,
Sub quorum est pedibus Regum cruor.

Ergo puniceus calceus Imperatoris insigne fuit. Zonaras l. III. in Michaele Theophili F. *Εἰδίου αὐτῷ τὰ φοινικόχρου πέδιλα, καὶ προσέταττεν ὑποδήσασθαι, καὶ βασιλέα ἀνεῖκε.* Senatorum vero calcei cuius coloris fuerint, florentia saltem Reip. temporibus, haud satis expediunt. Nigros enim facere videtur Horatius loco cit. adeoque Iuven. Sat. VII.

Appositum nigrae pellem subtexit alutae.

Ad quae ita scholiastes vetus. *Patricius Senator est. Lunula nam adsuta calceis discernuntur Patricii a Noviciis.* 379
Vetus quoque Iuven. Schol. ad hunc versum Sat. I.

Nuper in hanc Urbem pedibus qui venerat albis.

Illo enim tempore necdum Senatores nigris calceis utebantur. Contra rubri coloris fuisse argumento est imprimis ipsa mulleorum appellatio, *a colore rubro qualis est Mulli piscis,* ait Isidorus. Plinius l. IX. c. XVIII. de Mullis. *Nomen his Fenestella a colore Mulleorum calceamentorum datum putat.* Rectius Isidorus Mulleis nomen a pisce inditum, cuius rubentes squamae sunt. Nec placet quod Marcellus Virgilius existimat: dictos ab ea colorum varietate Mulleolos-calceos, quem expirantes Mulli referunt. Alioqui non rubri, sed versicolores calcei fuissent, cuiusmodi morientium Mullorum color est, authore Seneca l. III. Nat. Quaest. et Plinio loco citato. De colore rubro Martialis diserte asserit l. II. ep. XXXIX.

Non extrema sedet lunata lingula planta,
Coccina non laesum cingit aluta pedem.

Sed dissidentes inter se scriptores ita fortasse conciliare possumus: si duas in Mulleolis partes distinguamus. Nam altera tibias ac crura protegebat; tibiatim enim mullei calceabantur, ut loquitur Titinius in Setina: pedes altera. Illa nigri, ut Horatius indicat, coloris extitit, haec rubri. For-

mam Isidorus describit l. XIX. c. XXXIV. docetque corrigiarum IV. fuisse, assuta luna. Ac superiori parte osseos vel aeneos malleolos habuisse, ad quos ista deligata. Qua ex delineatione illud colligi videtur: superiore pedum parte corrigiis ac levis duntaxat fuisse contectam. Sed repugnat Gellius l. XIII. c. 20. Ubi cum Castrini verba illa commemorasset: *Soleatos tamen vos Po. Ro. Senatores per Urbis vias ingredi nequaquam decorum est*, paulo post de solea ista subiicit: *Omnia enim ferme id genus, quibus plantarum calces tantum infime teguntur, caetera prope nuda, et teretibus habenis vincta sunt, soleas dixerunt, nonnunquam voce Graeca crepidulas.* Tales enim Graecorum crepidas fuisse constat, quae Romanis Senatoribus probrosae, notataeque in Scipione apud Livium l. XXIX. et Germanico: Tac. l. II. Ann. *Pedibus intectis incedere, et pari cum Graecis amicta.* Proinde superiorem mulleorum partem fuisse rectam arbitror, nisi mutata postea ratione aperiri nudarique coeperint. Imperatorii certe calcei reticulati erant. Trebell. Gallienis. *Caligas gemmatas annexuit, cum Campagos reticulos appellaret.* Postremo ut Impp. calcei purpurei fuere, ita Coss. aurati, ut ex Cassiodoro liquet.

Ibid. D. *Ἀλλὰ Ζήνων.* HARDUIN. Rem narrat aliter Laërtius in Zenone; cives nimirum Athenienses apud eum dum Athenis est commoratus, portarum urbis claves posuisse, ratos tutiore eas loco esse, quam quovis in templo; certiusque illi, etsi peregrino homini, communem salutem, quam ulli popularium suorum posse committi. Scribit Plutarchus lib. de Stoicor. repugn. noluisse Zenonem Atheniensem civem fieri, ne in patriam suam iniurius videretur.

380 Ibid. D. 8. *Οὕτως ἀτεχής.* PETAV. Henr. Stephan. *ἀτυχής*, aut *οὕτως ἄρα παχὺς* coniicit.

P. 27. A. 3. *Οἷς διορίζει χαυνότητα.* PETAV. Ethic. VI.

Ibid. C. 4. *Προοίμιον.* HARDUIN. Suidas hymnum vocat: *παιῶνα* Laërtius in Socrate. Plato, cuius verba et sententias studiosissime Themistius consectatur, *προοίμιον* in Phaedone.

P. 27. D. *Κατὰ τὸν Ηρόδοτον.* HARDUIN. Herod. lib. II. Sophocl. in Philoct. *Εὔστομ' ἔχε παῖ.* Suidas apud Eupolid. bene exponit, *εὖ ἔχειν στόμα, εὐφημεῖν, bona verba dicere, parce et honorifice loqui.* Usus obtinuit ut *εὔστομα* unica voce scriberetur. Suspicor porro a Christiano aliquo scriptum in margine, *ξύλον γὰρ ἦν*, quasi id scilicet Themistius significaret, satius esse de Diis silere quam habere sermonem, quod Dii gentium nihil aliud essent quam

lignum. Valde illud quidem pie excogitatum. Unde postea irrepsit in textum.

P. 28. A. 3. *Τῆς Λεωσθένους χρεωδαισίας.* PETAV. De qua Plut. Agesilao.

Ibid. A. 6. *Αὐτὸς ὁ Ἀρχίδαμος.* PETAV. Male pro *Ἀγησίλαος*. In Reg. *Ἀρχιδάμας.*

P. 29. A. 2. *Καὶ διηγήσαιτ᾽ ἂν τῶν ἀνάκτη.* PETAV. Depravatum locum ita exponi, quasi esset *τῶν προσόντων τῷ ἄνακτι.* In Regio, et in altero Cod. MS. Collegii nostri Paris. est *διηγήσειεν τῶν ἀνθρώπων.*

Ibid. B. ult. *Ἢν δύνωμαι. ἀλλ᾽ ἔσεσθαι.* PETAV. Eodem hic vitio ex depravata scriptione, et interpunctione. Emendo. *Ἀλλ᾽ ἔσεσθε φαίνεται.* Quod ex interpretatione nostra liquet.

Ibid. C. 5. *Φασὶ τὸν Παῤῥάσιον.* PETAV. De Parrhasio Plin. l. 35. c. 10.

Ibid. C. 10. *Ἑαυτὸν ἐτίμησε.* PETAV. Postulat sensus *αὐτόν.*

P. 30. A. 9. *Καὶ οὐ ψευδωνύμως.* HARDUIN. Addendum fortasse, *φιλόσοφος.* Videtur enim id loci illius sententia postulare.

Ibid. B. *Οὔτιδας λόγους.* PETAV. De his vide Diog. Laërt. in Zenone. Eos porro, qui hunc in modum verbis tenus philosophantur, insectatur Epictetus apud Arr. l. 3. c. 2. Sen. ep. 20. *Facere decet Philosophia, non dicere.*

Ibid. B. 6. *Ὁ κυριεύων καὶ ὁ*, etc. HARDUIN. *Κερατίνος λόγος*, quem alii *κερατίνην* vocant, quasi cornutum sermonem, nomen habuit a materia syllogismi, quam in ore frequens habuit Chrysippus, ut est apud Laërtium hoc modo: *εἴ τι οὐκ ἀπέβαλες, τοῦτο ἔχεις· κέρατα δὲ οὐκ ἀπέβαλες· κέρατα ἄρα ἔχεις.* Huius argumentationis Seneca meminit ep. XLV. ubi vir gravissimus acutam delirationem vocat. De Dominante, quem *κυριεύοντα* Graeci nominant, scripserat commentarium Antipater, quem qui legeret, fieret is *ἀκαιρότερος* et *φλυαρότερος*, *longe quam antea inoptior*, ut alebat Epictetus apud Arrian. lib. II. c. XIX. Vulgo tentatum hoc genus fuisse liquet ex Plutarcho, lib. I. Sympos. q. I. ubi eos reprehendit qui etiam trahunt in convivio *τὸν κυριεύοντα.* Harum captionum autores facit Themistius Philonem et Heliodorum; sed haud abhorret a similitudine veri in Heliodoro mendum esse lapsumve memoriae; nam quod ad *κερατίνην* attinet, non Heliodorum, sed Diodorum eius fuisse inventorem prodit Laërtius lib. II. in Diod. Similis est horum *λόγος ἐγκεκαλυμμένος*, de quo haud multo ante Themistius, *opertus sive involutus*; enim clam irrepo, et quibusdam positis, quod volo, efficio. 381

Quo de genere captionis scripsit libros duos Chrysippus. Inventorem illius fuisse Cronum Diodorum prodit Laërt.

Ibid. C. 7. Χρυσοῦ, καὶ στατῆρος. PETAV. Vacat, nisi fallor, particula καὶ. Χρυσοῦς στατὴρ est Aureus, seu Denarius aureus, vel solidus.

Ibid. C. 9. Οπως κρείττων εἶναι ἐπιθυ. HARDUIN. Lacunam istam repleri sic posse commode arbitramur. Οπως κρείττων εἶναι ἐπιθυμιῶν δύνηται, ᾧπερ ἐγκρατεῖ γενομένῳ ἔστω μηδὲν πλέον καὶ vel ἢ ἡττημένῳ: *Quomodo superior esse cupiditatibus possit is, cui nihil amplius sperandum sit, si viderit, quam si iisdem servierit.*

Ibid. D. Σωφρονέστερος Ξενοκράτους. HARDUIN. Abiit vox illa in paroemiam. Vide Diog. Laërt. et Erasm. in Chiliad.

Ibid. D. Τρυφᾷν δὲ ὑπὲρ ἐκεῖνον. PETAV. Henr. Steph. legit ᾧ δὲ τρυφᾷν.

P. 31. A. 7. Καὶ οὐκ ἐρωτῶ. PETAV. Henr. Steph. κροτῶ. Melius ἐπωθῶ. Sed ridicule admodum non nemo μηχανὴν hic totum Auditorium esse putat.

Ibid. C. Οτι τέλος αὐτῆς. PETAV. Vide Arist. Eth. 2.

Ibid. D. penult. Οὐ τὴν ἀπὸ Σκυθῶν. PETAV. Quid hic Scythia opus est? An quia tum Imperator illis in partibus erat? HARDUIN. Alludit ad paroemiam veterum, Σκυθῶν ῥῆσις. Huius porro sensum alium profert Lucianus, alium Suidas, alium Diogenes Laërt. in Anacharsi, alium Athenaeus l. XII. c. V. alium denique Aelian. in epist. Rustic. Cnemon Callipidi. His vero omissis, qui maxime cuique obvius esse potest, is mihi videtur accommodatissimus ad praesens negotium: *Lubet*, inquit, *ad hanc rem confirmandam, non ab externis et barbaris, qualis fuit Anacharsis Scytha, sed a domesticis et nostris, ab Aristotelis, inquam, Stagiritae schola repetitam proferre sententiam.*

Ibid. D. ult. Καὶ εἰ σμικροτέρα ἐστίν. PETAV. Aliquoties ex vocum μικροῦ et μακροῦ affinitate mendum irrepsisse docuimus. Quod idem hoc loco contigit. Legendum enim μακροτέρα. Quippe tota quae sequitur sententia, usque ad εἰ οὖν οὐ φιλόσοφον, ex Aristotele petita est 2. Eth. c. 3.

Ibid. D. Τάχα ἂν ἐγὼ θεραπεύοιμι. PETAV. Ο νοῦς: *Si non maior sit virtus Imperatoris, quam eiusmodi Philosophorum, fatebor adulatorem me esse, et ad gratiam ista fingere, ac veritate maiora dicere.* Possumus ὑπερχοίμην hic scribere. Nam ὑπέρχεσθαι est blande atque adulatorie insinuare sese. HARDUIN. Pro θεραπεύοιμι legendum fortasse, θωπεύοιμι.

P. 32. B. 2. Καταφεύγοντες τὸν λόγον. PETAV. Reg.

Pseudol. ἀπὸ τῶν λόγων ἀληθινῶς. Sed nemullus desiderantur, quae hunc sensum implent. *Si Philosophorum nomine, indigni illi sunt qui pro rebus ac factis pernimios existimant, vicissim ii qui pro sermonibus facta ipsa praesentiunt, eadem erunt appellatione digni.*

Ibid. B. 6. *Οὐ τοῦ Σόλωνος, ἀλλὰ τῶν τοῦ Σόλωνος* 382
ἀναγόντων. Hamduin. Mater Platonis a Solone sapientissimi quasi antistite genus duxit, et Plato sextus a Solone natus. Sarisbur. lib. VII. c. 4. Vid. Aug. Curiel.

Ibid. Exantepenult. *Βραλλιον δμαδος ὄλος.* Petav. Forte, *ἄλλων ἐπ' ἄλλοις συντεταγμένων.*

Ibid. *Οἱ περὶ τὴν πλάτανον.* Harduin. Dialogum 383
Platonis intelligit eum qui Phaedrus inscribitur.

Ibid. C. 5. *Ην αὐτὸς μέν φησι.* Petav., Sumpta haec ex Phaedro. Ceterum pro *αὐτὸς* malim *ἄλλους*. Nisi hoc significet quod illic Socrates ait, *μετὰ μὲν νοῦ ὑμᾶς ἡμᾶς, ἄλλοι δὲ μετ' ἄλλων θεῶν.* Quod sequitur, *καὶ εἰ τὸν ὁρώμενον γνησιωτέρως*, verear ut integrum sit. Forte, *εἰς τὸν οὐρανὸν ἀρμαυσόμενος.*

P. 33. A. 5. *Αὐτὸς ὁ Πλάτων ἐρεῖ.* Harduin. In Timaeo totidem verbis: *Βουληθεὶς γὰρ ὁ Θεὸς ἀγαθὰ μὲν πάντα, φαῦλον δὲ μηδὲν εἶναι κατὰ δύναμιν· οὕτω δὴ* etc.

Ibid. C. 6. *Οὐδὲν νέμιον προσαπτεσομένῳ.* Petav. Forte, *οὐδὲν τι μᾶλλον.* Harduin. Vox illa utraque, *οὐδὲν νέμιον*, supervacanea est et expungenda.

Ibid. D. *Εἰς τάξιν ἦγαγεν ἐκ τῆς ἀταξίας.* Harduin. Victoriam de Tyrannis, Magnentio et Vetranione, relatam, pacatasque a bellis civilibus imperium haud obscure significat. Manifestius adhuc haud multo post, cum e typhonibus, hoc est, Tyrannis, cibreisus quos ei congrediendum fuit, eiectione alios, alios ferro docet fuisse repressos. Demum vero apertissime pag. 37. et 38. de Vetranione agit.

P. 34. A. 2. *Τριῶνος δίκην.* Harduin. Musicibilem Theologum Plutarchi tractatum de Iside et Osiri.

Ibid. B. 2. *Τοὺς δὲ νέους.* Petav. Glossema istud nihil quidem sapit vocis *ἀκμάζοντας*. Sed totus hic locus verbo aliquo defectus ac suspensus est. *)

Ibid. B. 8. *Εἰν ἅρμασι πορεύεσθαι.* Petav. Non improbanda Henr. Steph. coniectura, qui *ξύναρμα πορεύεσθαι* aptius censet. In Reg. est *ξυνδύναμαι*.

Ibid. C. 8. *Παρὰ τὸν Πίνδον καταπεπλιμένος.* Petav. Manca haec atque mutila. Sed *παροιμιῶν* restituendum, quo ad proverbium referatur. Synesius Dione. *Ἐκεῖ τοι καλὸν*

*) [Fallitur: vide Pierson. ad Moer. p. 181.]

παραπλησίως δεδιυμένου λόγου, τὸ παιδίον ἐξαιρεθῆναι τολμᾷς τὸ ἐνδίκως ταύτῃ παρὰ τὴν αὐτὸν πλάσαντα, παρ' ἣν ἐφρητόρευσε, καὶ τῷ σοφιστῇ Δυσίᾳ προσαγορεύσαντα etc. Ubi πρὸς τὸ παιδίον corrigendum monuimus. Nam puer in Phaedro inducitur, ut ibidem notat Synesius.

P. 35. A. 2. *Τῷ γὰρ ὄντι κινδυνεύει.* Petav. Translatum id ex Platone, in cuius loc. de Rep. *Ὅσοις*, inquit, *παλαιῶν τρόπων εἶδη ἔχοντες, δοκοῦσι κινδυνεύουσι καὶ ψυχῆς τρόποι εἶναι.* Vide Synesium Orat. de Regno.

P. 36. A. 1. *Πολλὰ ἐξελεχθείς.* Petav. Forte, ἐξελιχθείς.

383 Ibid. A. 5. *Οὐ δεδίασιν.* Petav. Synesius. *Τίς δὲ ἰδιώτης καὶ μικρὰ πράττων ἀνδρειότερός τε καὶ ἀνεπιβουλευτότερος ἐκείνου βασιλέως, οὐχ ὃν δεδίασιν, ἀλλ' ὑπὲρ οὗ δεδίασι οἱ ὑπήκοοι;* Quod quidem Bianti dictum tribuitur. Idem habet Themist. orat. I. pag. 16.

Ibid. A. 10. *Ὠσαύτως ἐν Κρανίοις.* Petav. Arrianus Diatr. Epict. l. I. c. XXII. *Ἐν Σατουρναλίοις ἐλέγετο βασιλεύειν. Ἔδοξε γὰρ παίζειν ταύτην τὴν παιδιάν. πρακτέον*, φησί, *καὶ τοῦτο.* etc. Lucianus. Saturnalibus. *Ἦν καὶ βασιλέα μόνον ἀφ' ἁπάντων γίνεσθαι τῷ ἀστραγάλῳ πραπεσόντα.*

Ibid. B. 3. *Οὐκ ἀπιθήσει τῷ σώματι.* Petav. Quamquam etiam theteria maiori sit. Plin. l. II. c. 16. *Omnibus formae exigitur eggregia, et duplo quam auditorio maior, pernae breves, crura recta, ingruentes colligi, in frenta maculae quaedam dimidiatae candidae.* Porro locus iste expressus est ex Platonis Politic. *Νῦν δέ γε*, ait, *οὐκ ἔστιν ὑπόμβριος, ὡς ὅτε φασὶν ἐν ταῖς πόλαις βασιλεῖς, οἷος ἐν σιδήρεον ἁρμάτιον τούτοις ἐμβὰς εὐθὺς, καὶ τὴν ἀνυχὴν ἀπερόων εἷς.*

Ibid. B. 9. *Οὕτω δὴ καὶ Μίδαν.* Petav. Herod. Hratn. Hanpum. Herodot. in Thalia.

Ibid. B. 11. *Ὃν αὐχμὸς ἐκόλασε.* Petav. Darii Pramnitichi, id Gygis historiae tangit. De quibus Herod.

Ibid. C. 4. *Οὐδὲ μανδύῃ.* Petav. Hanpuh. *Μανδύας* aliqui legendum *Μεφαῖτας, πολεμικὸν ἢ μαντικὸν.* Cave. *πολεμικὸν ἱμάτιον.*

Ibid. C. 7. *Καὶ μηλοσκόποι.* Hanpum. Sunt Regis Persarum Satellites, apud Athenaeum et Hesychium, hastas aureas in cuspidis ferentes, *βῆλα χρυσᾶ φέροντες ἐπὶ τῶν δοράτων.*

Ibid. C. 8. *Ἀποθνησκόντων συναπωλῶτο.* Petav. Ad Xerxis dictum alludit, quem ferunt lustrato exercitu, de recensito, cum lacrymaretur, admirante rogatum respondisse, miserabile id sibi visum fuisse, *ἐπὶ τοσούτων γε ἐόντων τοσούτων οὐδεὶς εἰς ἑκατοστὸν ἔτος περιέσται.* Herod. Polyhym. Cur *ἀθάνατος ἀριθμὸς* dicatur, vide eundem pag. 260.

P. 37. A. 2. *Μόνας δὲ δυὰς διελόντες.* Petavius Rasium ad Xerxem rapere suspexit. De quo Iustinus l. 2. *Et cum incensis pontibus, cum classium ab exercitu Ducis discessu.* Herodotus loco cit. Chidrum fluvium Mexris populi non suffecisse narrat, non Onesicritus. Epidaurum Veteri totius Achaiae maximum aegre admodum suppeditasse. Sed hujus solitudinis actum esse cum Imperatore hoc ad, quidni et gratiam Magdonius suspicari fuvius licuisse sit? Pertarum Regem ab Diathetae obsidione prohibere. Vide Aelian. Var. Hist. lib. Rasiegyn. Ibid. B. 2. *Τὸν αὐλήσαντα τὸν βασιλέα.* Petav. Forte, *τὸν βασιλέα.*

Ibid. B. 4. *Ἐπάξας τῇ φθεγγομένῃ.* Petav. Duo illae voces, *τῇ φθεγγομένῃ*, quantum coniicio, deducendae sunt.

Ibid. C. penult. *Χρυσοῦν μὲν οὖν καὶ ἔπωρεύετον* Petavi. Diodorus lib. XV. ubi supra dedisse mille Arcadum aeditimo, Lacedaemoniorum ne unum quidem accepisse, quam Dodonaeos sacerdotes respondisse, *διότι πόλεμος οὐδεὶς Λακεδαιμονίοις ἐπῆν.*

Ibid. D. *Καὶ ἐφ' ἑαυτοῦ ἔστησεν.* Petav. Erisse, 384
negat enim ab Dionysio eam fortunam evasisse, sed a Timoleonte Corinthio. Plutarch. in eius vita.

Ibid. D. 3. *Ἐπὶ τῷ Κρανείῳ.* Hanc Cupidinum lucus est e regione Corinthi, ubi gymnasium. Pausan. in Corinthiacis. Laert. in Diog. *Ἐν τῷ Κρανείῳ σφίσι τῆς Κυβέλου* 385
γυμνασίῳ.

Ibid. A. 4. *Οὐαλεντινιανὸν τὸν τυχόντα πάλαι στρατιώτην.* Petav. Vetranio Pannonicarum Legionum Dacii Ripensis, lib. II. Harduin. Annalis mentem Valentinianis, quem Veteranio militem nominat? Quamquam Veteranionem dimisum Philatorgio, qui Θέατρον ἔσεσθαι habet, hinc Vetranionem tum, nempe antiquum, tum Lactantius Gentilicio nomine appellare, latentiam etiam Βρετανίωνα nuncupasse.

Ibid. A. 8. *Μακροβιώτατος Ἀργανθώνιος.* Hamnius. Arganthonius Tartesiorum rex, CXX. annos vixisse fertur. Herod. Clio. Cic. lib. de Senect.

Ibid. A. 9. *Καὶ πρόπαλαι διελόμενον.* Petav. Placet Hear. Stephanii coniectura, *Διλιόμενος* Herodianis.

Ibid. B. 2. *Τὸν ἕτερον τῶν τυράννων.* Petav. Magnentium, de quo Eccles. histor. et Zosim. lib. II.

Ibid. B. 7. *Τυφλὰ τέκνωμεν καὶ ἀτελῆ.* Harduin. Prorsus hinc ex arcanum more deductum, de quo vide scriptores historiae naturalis.

Ibid. C. penult. *Ἐγκλίνων γὰρ ὕπνῳ ἐπὶ ἀριστερᾷ.* Petav.

Iam Heliodor. X. Aethiop. Θαυμαστὸν μὲν δοκεῖ ἐπὶ ἀκηκοῖς ἢ ἀκόμαν ἐπαινεῖν, μᾶλλον δὲ μηδενὸς ἀνατιθέναι.

Ibid. D. ult. Τῷ μὲν συναλγήσαι. PETAV. Constantius videlicet, qui Constantii est interfectus. ἐπαναλγήσας vero ad ipsum Constantium spectat, cuius necem ceteri Magnentio ultus est.

P. 39. A. 3. Θαλάττιον μὲν ὁ Θεός. HARDUIN. Haec, ut appetet ad Nisibenum illam obsidionem referenda sunt, quam Theodoretus describit, qua tempore S. Iacobi precibus liberata divinitus Nisibis fuit. Quanquam Theodoretus duas obsidiones, quarum prior statim ab obitu Constantini contigit, cuius meminere Hieron. et Theophanes; altera, inter tumultum, qui de agentis, peccatae, ut ait Themistius, civilibus et Occidentalibus bellis Constantio, hoc est, anno CCCL. duas, inquam, in unam eandemque male conflavit; et posteriorem huiusce tempus, cum post Arimineuse Concilium reiecit, sive in eumdem circiter CCCLIX. illud certe pluribus annis, toto nempe decennio, tardius consignavit.

Ibid. A. 8. Ἐν μικρᾷ παρασάξει. PETAV. Forte, μικρᾷ.

Ibid. A. 11. Ἀφήσετε οὖν. HARDUIN. Locum istum sic reddi: *Quid ergo? an me deinceps ab eo contextu liberalitatis, quo modum idoneo satisfecisse videor? Certe cum studiose* etc.

Ibid. B. 6. Πᾶν τὸ ὅρλημα ** φάσκει. PETAV. Supplendum ex Regio, πανταχοῦ; habet enim φάσκειν.

385 Ibid. D. antepen. Ἀλλ' ἐὰν ἄναξ. HARDUIN. Melius, ἅπαντα.

P. 40. A. 6. Τὸν δυνάμενον φιλόσοφον. PETAV. Iulianum Paraphetam.

Ibid. A. paenult. Συνδρομὴν τε βασιλείᾳ φιλοσοφίαν. HARDUIN. Haec illa est Platonis lib. V. de Republ. et epist. VII. Τοῖς Μούσης ὀλιγίστης, sententia, tot deinde ac tantis concelebrata praeconiis: ἐὰν μὴ οἱ φιλόσοφοι βασιλεύσωσιν ἐν ταῖς πόλεσιν, ἢ οἱ βασιλεῖς τε νῦν λεγόμενοι καὶ δυνάσται φιλοσοφήσωσιν γνησίως τε καὶ ἱκανῶς etc.

AD ORATIONEM III.

NOTAE IOANNIS HARDUINI.

Cum Urbis visendae studio flagraret Constantius, cupieretque ibi quasi devictis hostibus universis edere triumphales ludos, decreta est ei S. P. Q. R. per honorifica legatio aliquot Se-

natorum, qui Principi suo reportatas de tyrannis victorias gratularentur. Horum e numero Themistius fuit; sed ob incommodam valetudinem, et hyemis asperitatem, ceteris Romam profectis, ipse Constantinopoli substitit. Scripserat tamen orationem πρεσβευτικὸν, quam coram ipso Imperatore Romae dicturus esset; eamque prius quam ad iter se accingeret, recitavit in Senatu. Id enim moris ei ceteroquin Rhetoribus tum fuisse, Cresolius noster docet lib. III. Theatri Rhet. c. VII. Apertissime vero Themistius ipse declarat orat. IV. pag. 54. et 61. Et vero quantumcumque refragetur in qui titulum huic tertiae orationi praefixit; qui quam orationem dicendam coram Imperatore vidit, reipsa dictam putavit; eam nullo modo Romae dici potuisse, tria, ut opinor, evincunt. Primum est, quod Themistius ipse se profiteatur orat. IV. ab instituenda illa longo terrarum tractu in media asperitate hiemis, peregrinatione praepeditum. Alterum, quod Romam, nisi temporibus Gratiani, non viserit, ut haud obscure significat tum orat. XIII. tum vero XXXI. Tertium denique illud est, quod orationem IV. quae proxima hanc sequitur, ut ex ipsius verbis liquido eruitur, Constantio adhuc Romae degente, ubi 60. ad summum dies substitit, ipse in Senatu CP. dixerit; quo proinde delatum esse Pagaseis alis necesse est, si hanc paulo ante Romae recitavit.

P. 40. C. *Πρέποντά σοι στέφανον.* Vetus ille mos fuit, ut coronae aureae publice a civitatibus, a sociis etiam ac foederatis, regibus ac principibus offerrentur. Offerendi porro occasio multiplex fuit: vel enim ob adoptionem adventumve Principis, aurum coronarium exhibebatur, quale ait Theodosio deberi Themistius orat. XIV. vel cum legati ad Principem mitterentur, beneficii cuiuspiam impetrandi gratia, quo spectare videtur Themistius tum hac orat. tum seq. et Synes. de regno; vel ob decorandum triumphum, ut testis est Cic. in Rull. et in Pison. vel denique ob res gestas feliciter, quae ut 386
antiquissima, ita praecipua semper extitit auri coronarii offerendi causa. De his vide Vopisc. in Probo, Zosim. lib. III. Ammian. Marcell. lib. XXIII. Curtium lib. IV. Agell. lib. V. c. VI. Iosephum lib. XII. c. XIII. ubi *στεφανίτην φόρον* appellat. Eunap. in Excerptis. Victoriarum aurea simulachra Valentiniano seniori a Tripolitanis pro coronis oblata refert Ammian. lib. XXIII.

Ibid. C. 8. *Τῇ δὲ ἐπωνύμῳ μὲν τοῦ σοῦ πατρός.* Constantinopoli scilicet quae a Constantino M. ut omnes norunt, nomen cepit.

Ibid. D. *Οὐκ οἴκοθεν ποριζόμεθα ** τὴν ἀρετήν.* Sic

emendandum et lacuna supplenda: *Πορίζομεθα τὸ γέρας τῆς σῆς ἀρετῆς, Praemium virtuti tuae rependimus.*

P. 41. B. penult. *Ἀνδρὶ μὲν χρωμένη διακόνῳ.* Oratore videlicet ipso Themistio, quem philosophiae studium a vero aberrare non patietur, nedum in adulationem deflectere. Est enim veri philosophi, ut ipse ait orat. XXI. praecipua dos, prima nota formaque veritas, uti sponte sua nullam omnino falsitatem admittat etc.

Ibid. C. 5. *Παναθήναια ἢ Διονύσια.* In Panathenaeis, quae Minervae, et Dionysiis, quae Baccho sacra, quos insigni honore affectos vellent, his coronam auream donabant, idque publice per praeconem in gymnico certamine pronuntiabant. Est hac ipsa de re insignis locus Demosth. orat. *Περὶ στεφάνου. Δεδόχθαι τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ, στεφανῶσαι Χαρίδημον καὶ Διότιμον, χρυσῷ στεφάνῳ, καὶ ἀναγορεῦσαι Παναθηναίοις τοῖς μεγάλοις, ἐν τῷ γυμνικῷ ἀγῶνι.* Quod vestigium quoddam est illius consuetudinis quae longo post intervallo obtinuit, ut aurum Coronarium, de quo paulo ante, tanquam victoriae donum, decreto triumpho, ut ait Cic. in Pis. Imperatoribus penderetur.

Ibid. C. 9. *Ἐν τῇ βασιλευούσῃ τῶν πόλεων.* Certant inter se scriptores in utriusque Romae comparatione. Greg. Naz. in carmine de Vita sua, adeo aequales facit, ut situ tantum ac loco discrepare dicat. Iulianus vero Aug. in Encomio Constantii novam veteri longe postponit. *Πόλιν τε ἐπώνυμον αὑτοῦ κατέστησεν ἐν οὔτε ὅλοις ἔτεσι δέκα, τοσούτῳ τῶν ἄλλων ἁπασῶν μείζονα, ὅσῳ τῆς Ῥώμης ἐλαττοῦσθαι δοκεῖ· ἧς τὸ δεύτερον τετάχθαι μακρῷ βέλτιον ἔμοιγε φαίνεται, ἢ τῶν ἄλλων ἁπασῶν μείζονα καὶ πρώτην νομίζεσθαι.* Ita et Themistius tum hoc loco tum paulo post, cum de Constantinopoli ait, *καὶ οὐκ αἰσχύνεται τὸ λοιπὸν τοῖς δευτέροις ἀντὶ πρωτείων χρῆσθαι.* Et vero cum novae Romae vetus *μητρόπολις* materque sit, ut in Notis ad orat. XVIII. dicturi sumus; quidni primas illa obtineat? Notum est illud Thucyd. *Ἀποικία εὖ πάσχουσα τιμᾷ τὴν μητρόπολιν.*

Ibid. D. 5. *Ὥσπερ ἡ Θέτις.* Homer. Iliad. I. v. 425.

P. 42. A. *Καλλίπολις, τὰ μὲν πρὸς Ὠκεανόν.* Figurata est, ut apparet, haec omnis oratio. Iupiter, Constantius est; Olympus, Roma: *Καλλιπόλεως* vero nomine, ut alias frequenter solet, Constantinopolin hic designat.

387 Ibid. A. ult. *Ἱσταται τοῦ.* Corrige: *Ἱσταταί που.*

Ibid. B. 2. *Ἐξάρχει δὲ ὁ κορυφαῖος.* Seipsum orator designat. Est autem, ut notum est, *κορυφαῖος, ἐξάρχων, κατάρχων* et *χοροστάτης*, haec enim homonyma sunt, chori cantusque praesultor, sive praecentor.

Ibid. B. 6. *Αἱ νίκαι δὲ ἦ δίω.* Corrig. *Αἱ δύο.* Intelligitur gemina illa de Magnentio et Vetranione, quem paulo infra pag. 45. *τὸν πρεσβύτην* appellat, reportata victoria.

Ibid. B. ult. *Τῇ Ἀριάδνῃ.* Vid. Iliad. 6. v. 591.

Ibid. D. 6. *Καὶ οὐ λέγω τὰς παλαιὰς συμμαχίας. Byzantiorum Respublica semper Romani Imperii nomen fovit,* inquit Gyll. lib. I. de Topogr. CP. c. 1. *Primo adversus Regem Macedonum, cui ut degeneri impositum Pseudo-Philippi nomen. Sileo missas copias in Antiochum, Perseum, Aristonicum, et piratico bello adiutum Antonium: Mithridatis impetum sustinuit, et simul Syllae, Lucullo, Pompeio valde auxiliata est, quando ea loca insideret, quae transmeantibus terra marique ducibus exercitibusque simul vehendo commeatui opportuna forent.* Quae vero de signis adiungit Themistius, eadem Tullius oratorie et *παθητικῶς* narrat in orat. de Prov. Consul. *Ipsam vero urbem Byzantiorum fuisse refertissimam atque ornatissimam signis quis ignorat? quae illi exhausti sumptibus, bellisque maximis, cum Mithridaticos impetus, totumque Pontum armatum, effervescentem in Asiam, atque erumpentem, aegre repulsum et cervicibus intercluum suis sustinerent; tum, inquam, Byzantii, et postea, signa illa, et reliqua urbis ornamenta sanctissime custodita tenuerunt.*

P. 43. B. *Ἐπὶ τὴν ἀρχαίαν ἑστίαν τῶν Αἰνειαδῶν.* In Latium, quo Aeneas appulit.

Ibid. C. *Δίκην ἐπράξατο.* A Magnentio poenas exegit. Hunc Populo Senatuique Rom. venisse in odium, praeter Themistium, significat Zosim. lib. II.

P. 44. B. *Καὶ παρὰ μικρὸν ὁμωνύμου.* Paene cognomine sublata tyrannide: altera Maxentii, Magnentii altera. Dedit Roma vetus, inquit, a Maxentii tyrannide liberata, conditorem novae, scilicet Constantinum: nova iam condita, veteri servatorem dedit, Constantium nimirum, qui eam a Magnentii dominatu exemit.

Ibid. D. *Βασιλέως ἀγαθοῦ καὶ φιλοσόφου.* Affirmat Nazianz. in Constantio Imperatore, *βασιλείαν καὶ φιλοσοφίαν εἰς ταὐτὸ συνελθεῖν.*

P. 46. A. 4. *Σὲ δέ.* Mutilatum locum restitui sic puto posse: *Ἀλλὰ θωπείαν κακίας μυσάττεται. Σὲ δέ, ὦ βασιλεῦ, ἀληθῶς τε καὶ θαρσαλέως ἐπαινεῖ· καὶ ἵνα μὴ* etc.

Ibid. A. ult. *Ἡ Βάκιδος ἡ μαντεία δεῖσθαι καὶ Ἀμφιλύτου.* Bacidis oracula multa vide apud Herod. lib. VIII. Uran. Amphilytus autem Acarnan pariter ariolus fuit, cuius vaticinationes idem refert lib. I. Clio.

P. 47. D. penult. *Χρηστὸς ἀδελφός.* Vide Notas in orat. seq.

P. 48. A. 5. ὑπ' ἀνάγκης ἐτιμᾶτο ἡ γεφυρία. Non modo ceterarum urbium nuditate, ut ait Hieron. Constantinopolim locupletatam fuisse a Constantino, sed orbitate etiam, 388 innuit hoc loco Themistius, multis clarissimis viris e patriae suae sinu abstractis, ut novam Urbem sui generis claritate ornarent.

Ibid. A. 6. *Τιμὴ μωρίας.* Legendum puto, *τιμὴ τιμωρίας*, atque ita vertendum: *Neque a poena distare ulla re honor iste videretur.*

Ibid. B. 10. *Κεστὸς Ἀφροδίτης.* Proverbium est. Cestum Veneris habere dicuntur ii qui novis quibuslibet modis amore sui quem lubet inflammant. Desumptum illud ex Homero, *Ἰλιαδ.* ξ. ubi Iuno conciliatura Iovem, Venerem adit, et ab ea cingulum, conciliatorem scilicet gratiarum et amorum, commodato petit. Unde Arnobio dictus est, Iunonius ille cestus.

Ibid. C. *Καὶ τῶν δοκούντων.* Sapiunt haec verba, si quid bene coniicio, glossema viri intempestive pii ac religiosi: qui significare voluerit ea bona quibus affluere Urbem Regiam Themistius narrat, non vera sinceraque, sed evanida et apparentia duntaxat esse. Vel certe, *τῶν δοθέντων* legi satius fuerit, ut collata hominibus a Deo bona intelligantur.

AD ORATIONEM IV. NOTAE.

Petav. Falso inscripta erat haec oratio *πρὸς Κωνσταντῖνον* in Regio Cod. cum ad Constantium habita sit: saepe autem accidit ut pro Constantio Constantinus a Librariis scribatur. Dicta porro est absente Constantio, et Romae adhuc degente, ut ex Themistii verbis liquido eruitur; et in Senatu habita. Initio rationem affert, cur domi se continuerit potius, quam ad Imperatorem ipsum profectus, eorum ei gratularetur. De hoc bello agit et Zosim. lib. III. Harduin. Cum orationem proxime superiorem, quam in tempus celebritatis Romanae paraverat, iam recitasset in Senatu, neque ut Romam se conferret valetudo pateretur; aliam adornavit, veluti consolatoriam, quae tota in hoc argumento versatur; partim ut eam quae Constantinopoli instituitur solemnis gratulatio, non minus iucundam fore Imperatori doceat, quam si Byzantini omnes Romam convolarent; partim ut mutuum Urbis Regiae erga Constantium, et Constantii erga Urbem Regiam amorem desideriumque praedicet. Dicta est igitur haec oratio eo ipso anno quo Romae Constantius triumphavit, hoc est, anno aerae vulg.

CCCLVII. Constantio IX. et Iuliano Caes. II. Coss. Sic enim affirmant Hieron. Chronic. Alex. Idat. in Fastis; tum vero lex de Numerariis data Romae prid. Non. Mart., his Coss. Denique Ammian. cum ait id accidisse secundo Orphiti praefectura urbana, quae in hunc annum incidit. Quare ceterorum Chronologorum lapsus est, qui haec ad annum superiorem referunt. Gravior autem et vix ferendus Scaligeri error est, qui quod Hieronymus de Constantii in Urbem Romam ingressu his Coss. refert, id novo quodam conficiendi ratione ad novam Romam traduxit, quo certum est Constantium nonnisi altero post anno, hoc est CCCLIX. revertisse. Ductus est etiam errore haud 389
sane levi Iacobus Gothofredus, qui hanc orationem anno CCCLIV. adscripsit; cum ipse ultro fateatur Iulianum sub finem tantummodo anni sequentis CCCLV. VIII. Id. Novemb. Caesarem a Constantio fuisse appellatum, ac paulo post nuptam eidem esse Helenam sororem Constantii: quae duo in hac oratione diserte commemorari, mirum est ab erudito viro non fuisse animadversum.

P. 49. A. *Αἰγύπτιοι τὴν Ἀθηνᾶν.* Petav. Herod. Euterpe. Cic. III. de Nat. Deor. Saïtas ait Aegyptios Minervam colere ortam Nilo. Arnob. IV. contra gentes.

Ibid. B. 2. *Ἐνθέμενοι ἐν ταῖς βάρεσι.* Petav. Sic ea navigia vocant ἰδιωτικῶς Aegyptii. Sed in ea voce duobus locis emendandus Hesychius. *Βάρπυργος*, ait, *πορμεῖόν περὶ ἀμφοδῶν.* Corrig. *βάρις, πύργος; πορθμεῖον, περιάμφοδον.* De Turri et navigio notum. *Περιάμφοδον* vero οἴκημα, *βάρις* etiam significat, hoc est, aedes instar turrium omni ex parte conclusas, quas insulas vocant, authore Hieron. in Psal. XLIV. Sequitur paulo post apud Hesych. *Βαριναχέδα τὸν δούριον ἵππον.* Ubi *Βάριν Ἀχαΐδα* leg. puto. Recte enim Troianum equum quisquis ille est Auctor sic appellat, quasi aedificium Achaicum, seu turrim, aut ingentem domum.

Ibid. B. penult. *Ἡ πρὸς τὸ πλεῖν εὐσεβείας.* Petav. Ita in Reg. Cod. sed praeferendum est εὐλαβείας, ut coniicit Henricus Steph. Et mox, *οἶκοι* pro *ἢ καί.* Sed ita ut ante *ὅσοις* pro *ὅσοι* legatur.

Ibid. C. 8. *Ἐπ' εὐσέβειαν πορευομένους.* Petav. Malo *εὐσεβείᾳ.*

P. 50. A. 3. *Ζυγίων τε, καὶ παρασείρων.* Petav. Quid in mentem venerit ei qui hic sibi mendum finxerit, regeritque *ζευγνύοντι, καὶ παρασύροντι*, equidem non video. Sunt enim haec inter se opposita ζύγιος, et *παράσειρος.*

Ibid. A. 7. *Πλειάδας.* Harduin. Vide Odyss. V, vs. 272.

Ibid. B. 2. *Πίλοις τε καὶ ἀρναξίσιν.* Petav. Plato Symp. *ἐνειλιγμένην τοὺς πόδας εἰς πίλους τε καὶ ἀρναξίδας.* Apud

Pollucem l. VII. c. IV. et Phavor. Cratinus *Μαλθακοῖς, ἀσκηνὺς ὑπὸ ποσὶν ἔχων πίλους πλουτούς.* Gloss. Vet. *πιλωτὸν Coactilem* et *πιλωτοποιὸς Coactiliarius.* At in Latinogr. Coactilarius *πιλοποιός.* Lego Coactiliarius, *πιλοποιός.* Proxime ante, Coactor, *Κωμάκτωρ, Ἀναγκως*, corrigo *Κοάκτωρ, ἀναγκαστής.* Graeculi enim Latinam hanc vocem, ut saepe alias usurparunt. Vetus Horatii interpres ad Sat. VI. l. I. *Coactores mercenarii erant eorum qui habebant argentariam. Coactores etiam dicuntur argentarii in auctionibus, quia pecunias cogant, qui et Collectarii dicuntur. Item Coactor qui exigit numos a circumforaneis. Πίλους* Coactas Caesar appellat III. de Bello Civili. Latini etiam Impilia, hoc est, Udones. Corrigendus est quod ad hanc vocem attinet Epiphanii locus Haeresi LIX. quae est Catharorum pag. 218. ubi de eo qui praepostere se vestiat loquens, *τὰ δὲ ἄλλα*, inquit, *πέδια, ὡς εἰπεῖν, τὰ ἐξ ἱματίων γεγενημένα, ἃ παρά τισιν ὀδωνία κέκληται, ἢ βράκαι, χερσὶ περιτιθέασι.* Sed imprimis *πόδια* rescribo, quae Hesych. *ἐγκαλείμματα ποδῶν, ἤγουν φασκίας* interpretatur. Latini *Pedalia* vocant, et Pedulla. Gloss. *Pedale πόδιον.* Festus: *Pedulla quae dicimus πεδ.*** Graecos appellare manifestum est.* Scribe *πόδια.* Cornelius Fronto: *Pedale mensura est pedis: Pedule vero sub pedibus praestat utilitatem.* Sed pro *ἱματίων* apud Epiphanium forte *ἐρίων*, vel *δερματίων* legendum.

Ibid. C. *Τρέμοντα καὶ μαλαχιῶντα.* HARDUIN. Melius *μαλκιῶντα*, hoc est, trementem et ex frigore obtorpescentem. Qua voce utitur Demosth. Philip. IV. Nicand. in Theriac.

P. 51. A. 2. *Ὡς ἐν ὀπόσῳ ἄρα.* PETAV. Delendum *ὡς* videtur.

Ibid. B. 5. *Εἰς τὸν Θεόν.* HARDUIN. Ita Solem Themistius iterum appellat orat. XXII. *Ταῖς ἀκτῖσι μᾶλλον τοῦ μεγάλου Θεοῦ* etc. Et Iulianus passim ea oratione, quam de Solis laude conscripsit.

P. 52. B. 2. *Αὐτῷ τοῦ ἐλλάμποντος.* PETAV. Corr. *Αὐτοῦ.* Et ita Reg.

Ibid. C. 6. *Ἐποιήσατε καὶ διατελῆ.* PETAV. Lego, *ἐποίησάτε καὶ διατελεῖ ἐπιμελούμενος.* Neque tamen altera lectio reiicienda, quam et vetus codex habet.

Ibid. C. 8. *Καὶ ἔρχεται αὐτῷ.* PETAV. Recte hoc ab Themistio dictum est; Nationes omnes ad Constantinopolis ornatum contribuisse. Quam ex omnium Urbium nuditate auctam atque exornatam prodit Hieron. Chron. Etenim quidquid in toto Oriente magnificum atque exquisitum erat, id in Urbem suam Constantinus transtulit, ac quod ex Aegypto Romam quotannis frumenti advehi solitum erat, magna ex parte

Constantinopolin derivavit. Unde Magno id Athanasio per calumniam obiectum, quod Aegyptiacum omne frumentum suppressisse statuisset.

Ibid. D. *Αἱ κῆας γέμουσαι.* PETAV. Frumentarias naves intelligit, quae ex Aegypto aliisque Provinciis annonam vehebant. Vulgo errant, dum eiusmodi naves *annotinas* a Caesare lib. V. Comment. dictas putant. Id quod in Thesauris ac Vocabulariis omnibus fere videas. Atqui *annotinae naves* Caesari sunt eo anno factae, ut *hornotinae* etc. Locus est cap. VIII. lib. V. Ubi Graecus interpres, *τὰς τοῦ πρόσθεν ἔτους* vertit. Expungenda igitur falsa ista notatio, ne adolescentibus imponat.

Ibid. D. 3. *Καὶ ὅτι ἂν ἡ φύσις.* PETAV. Ordo ac series postulat, ut pro *φύσις*, *τέχνη* reponamus.

Ibid. D. 6. *Τέλεια ἵδρυται αὐτοῦ.* PETAV. Mutilum ac deperditum locum hunc esse quovis pignore contenderim. Quorsum enim subinde scribit, Quemadmodum apud Delphos non solum Apollinis, sed etiam Iovis imagines erectae sunt, nisi antea Constantini quoque Constantii Patris mentionem fecisset? Ut eodem modo quo illic cum Apollinis effigie eius quoque Patris simulacrum visitur, Constantinopoli non solum Imperat. sed et Parentis eius Constantini imagines sint collocatae. Hoc igitur, aut simile aliquid deest. *Ἱδρυται αὐτοῦ τε βασιλέως, καὶ τοῦ πατρός.*

Ibid. D. penult. *Οὐ τοῦ Ἀπόλλωνος μόνου, ἀλλὰ καὶ τοῦ Διός.* HARDUIN. Inter alia glossemata, quae sane plurima in Themistii textum irrepserunt ex margine, haec verba censeri arbitror oportere; cum legi tantummodo debeat, *καθάπερ ἐν Δελφοῖς τοῦ Ἀπόλλωνος.* Quorsum enim haec ulla fiat vel Iovis, vel Constantini mentio? 391

Ibid. D. ult. *Καὶ Δελφῶν μὲν ἐξαρχῆς.* PETAV. Quantum ex Pausania in Phocicis constat, multoties Delphicum hoc delubrum instauratum est. Primum quidem ex lauro factum. Secundo a Ptera quodam Delphico constructum. Tertio ex aere fabricatum, quod vel absorptum humo, vel igne colliquatum periit. Quarto a Trophonio et Agamede ex lapide extructum, quod ipsum Olymp. LVIII. an. 1. deflagravit. Quibus subdit Pausan. *Τὸν δὲ ἐφ' ἡμῶν τῷ θεῷ ναὸν ᾠκοδόμησαν μὲν ἀπὸ τῶν ἱερῶν οἱ Ἀμφικτύονες χρημάτων, ἀρχιτέκτων δὲ τῆς πέτρας ἐγένετο αὐτοῦ Κορίνθιος.* Herodotus in Euterpe scribit Amphictyonas idem Templum reficiendum locasse CCC. Talentis, cum prius sponte sua conflagrasset. Ac tum Delphos, cum illius pecuniae quadrantem pendere eos oporteret, ab Amasi Aegypti Rege aliisque grande aes conflasse. *Ἀμφικτύονας δὲ μισθωσαμένους τὸν ἐν Δελφοῖσι νῦν ἐόντα*

νηὸν τριηκοσίων ταλάντων ἐξεργάσασθαι. Ubi haec notanda verba sunt, τὸν νῦν ἐόντα νηόν. Idem in Periplocho refert Alcmaeonidas a Pisistratidis patria pulsos Templum illud instaurandum redemisse. Ἐντεῦτα δὴ Ἀλκμαιωνίδαι πᾶν ἐπὶ τοῖσι Πεισιστρατίδῃσι μηχανώμενοι παρ' Ἀμφικτυόνων τὸν νηὸν μισθοῦνται τὸν ἐν Δελφοῖσι, τὸν νῦν ἐόντα, τότε δὲ οὐκέω, τοῦτον ἐξοικοδομῆσαι. Dubium est, eademne ab Herodoto duobus illis in locis Templi instauratio memoretur. Nam prior illa locatio sub Amasi, ac Cyri fere tempore contigit, hoc est sub Olymp. LVIII. an. 1. quo Delphicum Templum concrematum est, ut in Chron. Eusebius quoque meminit. Alcmaeonidae vero a Tyranno Hippia eiecti sunt post Hipparchi mortem, ut ait Herodotus, quem an. 1. Olymp. LXV. interfectum Eusebius narrat. Quare ab incendio ad annum illum quo Alcmaeonidae conduxere potuerunt, anni fere sunt XXX. Atqui Herodotus utrobique, τὸν νῦν ἐόντα νηὸν adiecit. Fieri potest ut priore illa ab Amphictyonibus locatione facta, Templi instauratio aliquo casu impedita fuerit, quam longo demum intervallo Alcmaeonidae susceperint. Pindarus Pyth. VII. de hac Templi Delphici refectione loquitur.

Ἐρεχθέος ἄστῶν. Ἀπόλ-
λων, οἱ τεόν τε δόμον Πυθῶνι δίᾳ
θαητὸν ἔτευξαν.

Ad quae Scholiastes, Λέγεται ὅτι τὸν Πυθικὸν ναὸν πρησθέντα ὡς φασιν ὑπὸ τῶν Πεισιστρατιδῶν οἱ Ἀλκμαιωνίδαι φυγαδευθέντες ὑπ' αὐτῶν ὑπέσχοντο ἀνοικοδομῆσαι. Quod igitur sponte sua conflagrasse delubrum ab Herodoto dicitur, alii ad Pisistratidarum invidiam traxere. Sed apud Themistium corruptissima illa sunt, φοιτῶντας Ἀθήνηθεν Πεισιστρατίδας. Quibus nullus affingi potest sensus. Leg. φεύγοντες Ἀθήν. τοὺς Πεισ.

P. 53. A. 9. Φιλάδελφος ὤν. HARDUIN. Utpote fratris amantissimus. Intelligendum illud est de Templo CP. si placet cum Themistio ἀλληγορεῖν, hoc est, de Urbe Regia, quam ipsius Constantii sororem appellavit orat. III. pag. 47. quod re-
392 mox dicemus, eodem anno a Constantino conditam illam credat, quo purpura data est Constantio, qui eam proinde debet fraterno quodam amore complecti. Eodem plane sensu Sententium ipsum ait pag. 55. Constantio esse δμυπάτορα.

Ibid. C. 5. Ἁπάντας δι' ὀλίγου. PETAV. Crediderim δι' ὀλίγων magis consentaneum esse. Per paucos, inquit, participes facere omnes sacrorum cupit.

Ibid. C. 7. Μεῖον λεώ. PETAV. Πλεῖον cum Hesy. Stephano reponimus.

Ibid. C. 10. Καὶ γὰρ δὴ ἄνω μέν. PETAV. Nonnullae

huic loco effusae tenebrae sunt, ut quibus adhuc nihil recentiori interpres vidit. Sed eas dissipatum eo diversum eo. Sic igitur habeas, et istud palam faciat, quem meritis vitae Urbe conciverit, nec Romam ad imperii adeptionem primum hoc vocaverit. Ubicunque imperator est, ad eius laudes praedicandas, ab veteribus eloquentiae quaedam institutionum, nullo alio magistro ac praeceptore opus esse. Ubi vero minime id praestitum est, sed coetus ipse, velut spuma sine rege examen, temere vagatur, plures magistros ac moderatores requirit. Quare cum abesset Constantinopoli, necesse fuit ut ibidem chori magister aliquis, atque informator maneret. Cuiusmodi se esse: atque ideo remansisse confirmat. Quod si peregre profecisceretur, plane suspectatis intemperiis nihil eloqui omnino potuisset. Haec est vera loci huius sententia. Quam impeditiorem vocula reddit, ἵνα, quae non coniunctio, sed levi adverbium est.

P. 54. A. 4. *Ἑρμῆν τὸν λόγιον ὁ ἐρωδιός.* PETAV. Aut proverbium aliquod mihi quidem ignotum, latet; aut, quod verisimilius puto, depravata vox est, *ἐρωδιός*. David Hoeschelius Augustanus, vir eruditus, ad me scripsit, putare se *κερδῶος*, aut *ἐριούνιος* restituendum: sed quo demum sensu nihil equidem discerno. Cum me hic diu torsissem, tandem vera mihi, ut quidem persuasum habeo, occurrit lectio, ut pro *ἐρωδιός*, *ἐνόδιος* scribatur. Dictus est Mercurius *ὁδιος* et *ἐνόδιος*. Hesych. *Ἐνόδιος* (*Ἑρμῆς πάρ᾽ Ἀργείοις*. Quid illud sit *πάρ᾽ Ἀργείοις*, non liquet. Forte, *σωρός*. Et in voce *Ἑρμαῖος λόφος* haec habet, *τοὺς σωροὺς τῶν λίθων Ἑρμᾶς, τοὺς ἐν ταῖς ὁδοῖς γινομένους εἰς τιμὴν τοῦ Θεοῦ. ἐνόδιος γάρ. Ἐνόδιος* vero dictus, tanquam viae praeses. Idem Hes. *Ὄδιος*) *οἰωνὸς αἴσιος, καὶ ἐπιδέτιον Ἑρμοῦ*. Hinc Mercurius pro acervo lapidum. Prover. XXVI. 8. *Sicut qui mittit lapidem in acervum Mercurii: ita qui tribuit insipienti honorem.* Hebr. מְרִמָּה Acervus lapidum. Licet LXX. *σφενδόνην* vertant. Romanis *ἐνόδιος* Deus erat Hercules vel Sangus. Festus, *Propter viam fit sacrificium, quod est proficiscendi gratia, Herculi aut Sanco, qui scilicet idem est Deus.* Qui haud scio an idem sit qui et *Vius* appellatur in Catal. Virg. Epigram. de foemina Praenestina.

Omnibus hic annis votorum nexa suorum
Centenas adicit numero, crescente, coronas,
Fortunae simulacra colens, et Apollinis aras.
Arcanumque Vii.

In Parodio Cucullano in Solinum a Virgilio scripta iidem Dii semitales dicti. 393

Nequa ollis ratio cavendi fuit.
Sibi esse facta.

Insignis est Juliani Aug. locus, quem olim Scaliger ad Epist. ad Eustochium. *Ἵνα τοίνυν μαθητὴν τῆς ἀπιστίας αὐτὸς. Λίαν δὲ σε ὁ δημόσιος ἔρρωσε ἔρως ἀγῶνος· χαλεπαίνω δὲ καὶ παρίημι. Εἰ δὲ χρή σε καὶ ἐπαινεῖσθαι τὴν Εὐσέβιαν σὺν καὶ τὸν Εὐώδιον παρακαλέσαντες.* Quam vero ad rem pertinent haec Εὐσέβιαν ad λόγον antithesin, cum Themistius de itinere ac profectione loquatur, satis omnes intelligunt, ut de emendatione nostra nullum esse cuiquam dubium possit: praesertim cum unius literulae mutatio facillime sit: atque in veteribus MSS. *ν* ad instar *ρ* pingi soleat. Certe haec literarum affinitas παρέλκειν ex Librariorum hallucinatione bonum oratorem partem, quibus Themistianae orationes scatent, invexisse videtur. Ita supra *τήμερον* pro *τήβεννον*. Quia *μ* ut *β* in Vet. nonnunquam delineatur. Sexcenta sunt ad eum modum, non in hoc solum scriptore, sed et in aliis innumeris. Nec est quicquam hac observatione praestantius. Dabo hic tibi aliquot exempla, ut et obiter in reliquos scriptores huius operae fructus redundet. Apud Plinium lib. XI. c. XV. vox quaedam exstat Criticorum opinionibus varie distracta: quam nos unius elementi mutatione in integrum restituimus. *In omni*, inquit, *melle quod per se fluit, ut mustum oleumque appellatur acoston, maxime laudabile est.* Quid hic *acoston* sit, vel, ut alii malunt, *acedum*, aut *acetum*, adhuc quaeritur. Nec est ullum in toto Plinio vocabulum, in quo peraeque se doctorum virorum ingenia torserint. In plerisque MSS. *acetum* legitur. Ex quo non dubito quin *acerum*, hoc est ἄκηρον, emendandum sit. Est enim ἄκηρον mel *sincerum*, hoc est, sine cera, quod per se fluit, ut in vino protropum. Eodem vitio laborat Nemesiani versus quidam, Ecloga IV.

Ter vitiis, ter fronde sacra, ter thure vapore
Lustravit.

Scrib. *vittis* pro *vitiis*. Lubricus enim ab una in alteram literulam lapsus est. Apud Athenaeum l. IX. (379 c.) citantur Alexidis versus, in quibus eiusdemmodi mendum est, quod simili ratione detersimus.

πυκνοὶ δ' ἄττουσιν Ἡφαίστου κύνες
Κούφως πρὸς αἴθραν, οἷσθ' ὃ γίνεσθαι θ' ἅμα
Καὶ τὴν τελευτὴν τοῦ βίου συνῆψέ τις.

Emendamus *οἷς τὸ γίνεσθαι*, etc. perspicua sententia. Lib. III. Epigr. Martialis Ep. LXVI. quod est *in Argonautas*, hoc est, *pigros nautas*, deploratissimus locus est, quem simili ratione [illegible] emendatissimi vellicis ex parte saltem emundare conatumus.

Cessatis, pueri, nihilque nostis
Veterno, resinaque pigriores:
Quarum per vada lenta navigantes
Lentos figitis ad celeuma remos.

Credi vix potest quam variis modis haec interpolata fuerint: 394
Veterno resinaque pigriores. Ego in vet. MS. Bibliotheca Collegii nostri Remensis ante X. fere annos ita scriptum reperi, *Vaterno res inique pigriores.* Quae tametsi corrupta sunt, unius tamen varietate literulae ad germanam lectionem praeeunt: Ut omnino *Vaterno*, seu *Vatreno* pro *Veterno* legendum sit. Est autem exiguus quidam in Flaminia fluvius, qui Forum Cornelii alluit. De sequenti vocabulo nihil admodum extrico. Nam *Resinam* aut *Rasinam* rivi fluviique nomen esse quod viri docti suadent, et sensus ipse Epigrammatis postulat, nondum apud idoneum scriptorem reperi. Non dubium est autem quin *Vaterno* Martialis scripserit, ac cum lentissimis fluviis pigros illos remiges comparaverit. Quam huius emendationem loci postea ab eruditis hominibus observatam probatamque deprehendimus. Postremo apud Silium Italicum lib. XVII. versus 346. unius elementi vitio male affectus est.

Hannibal haec: Sed non patiens remorantia verba
Ausonius miles, quatiens Dux coeperit ora
Solvere, ad effatus signum, pugnamque petebat.

Ubi pro *quatiens* legendum *quotiens:* nec aliter sententia ipsa postulat.

Ibid. A. 4. *Ερωδίος.* HARDUIN. Corrigo, *Ενόδιος.* Phurnutus, cap. de Mercurio: *Ἱδρυται δὲ καὶ ἐν ταῖς ὁδοῖς, καὶ ἐνόδιος λέγεται καὶ ἡγεμόνιος, ὡς αὐτῷ εἰς πᾶσαν πρᾶξιν ἡγεμόνι χρῆσθαι.* Legendum, *Ενόδιος,* ut paulo post habet ipsemet Phurnutus.

Ibid. B. 3. *Οὐ χρυσοῦν στέφανον χρυσοῦ ἀπέφθου.* HARDUIN. Reprehendit Petavium Spanhemius dissert. VIII. de usu Numism. pag. 680. quod haec verba ita reddiderit: *Non auream illam quidem ex auro obrizo*; ratus haec accipienda esse de diademate, quod proprium fuit Augustorum insigne, sive de corona aurea gemmis contexta. Sed immerito sane dicam scribit viro pererudito: neque enim eo loci sermo est de ea quam gestare Principes solerent; sed de ea potius quam ad eosdem vel sociae vel subiectae civitates dono mitterent: quae cuiusmodi foret, a nobis est superius explanatum.

Ibid. C. 3. *Τοῦ ἀγάλματος τῆς αὐξησίας.* PETAV. Historiam pluribus exponit Herodot. Terpsichore. Ubi Epidaurios refert annonae sterilitate laborantes *Δαμίης* et *Αὐξησίης* Deorum oleagina simulacra fabricasse: quae quidem Aeginetae rapuerunt, ac sacra quaedam instituerunt. *Εἰσὶ δέ σφι καὶ*

ἀῤῥήτοις ἱερουργίαις. Sane apud Romanos Bona Dea, cui opertanea sacra fiebant, Damia nuncupabatur, et sacerdos eius δαμίας, (forte δημίας) sacrificium quoque Damium, ait Festus. Gloss. Damium θυσίαι ὑπαίθριοι γινόμεναι.

Ibid. C. 6. Ἀλλ' ὃν ἐγὼ ἐπιλέξαμην. HARDUIN. Nullus dubito, quin eam intelligat εὐχαριστήριον orationem quam secundo loco ponimus, quae quidem primum recitata in Senatu, ut ipse ait, deinde missa ad Constantium, aereae praerogativae statuae compensata est.

Ibid. D. 6. Καὶ ζητοῦντας. PETAV. Melius est ζηλοῦντας.

395 P. 55. A. 3. Ἀεὶ γὰρ ὑμῶν ἐν μελέτῃ ἐστὶν, οἷς γε καὶ ἡμέρᾳ τινὶ ἔοικεν ἱερᾷ. HARDUIN. Sacri illi dies dicebantur, quibus in Curiam conveniebant Patres, de Imperatoris laudibus dicturi; acclamationes solitae tunc fiebant, decernebanturque agendae Principi gratiae. Quod addit, ἐν ἐσθῆτι τῇ ἱερᾷ, de toga candida intelligendum est qua senatores uti consueverant tum in senatu tum in orchestra.

Ibid. D. 5. Διὸ λέγει που. PETAV. Deest aliquid, quo cum praecedentibus sequentia copulentur.

Ibid. D. ult. Ἐξεδράγη μὲν ἡ τυραννὶς. PETAV. Duos illos Tyrannos significat, qui Constantii tempore emerserunt: quorum Magnentius Romae, in Illyrico Vetranio Imperator est appellatus. Sed hic ab Imperatore persuasus depositis insignibus in ordinem est redactus: alter ab eodem profligatus. Amm. lib. 14. Aurel. Vict. Eutrop. Zosimus.

P. 56. C. Τῆς διὰ τῶν δόλων νίκης. PETAV. Corrig. ὅπλων. Nam armis Magnentius superatus est. In Reg. lacuna erat, τῆς διὰ τῶ * * ων νίκης.

Ibid. D. 6. Ταῦτά σοι ἀκριβῶς. PETAV. Leg. Ταῦτά τοι.

P. 57. A. 7. Ῥῆγόν τε δρᾶν. HARDUIN. De hoc praelio fuse Ammian. Marcell. qui hoc ipso anno illud contigisse refert.

Ibid. B. 2. Καὶ εἶδον ἔναγχος. PETAV. Nescio an de Pace illa loquatur, quae per Saporem Ducem ab Musoniano et Cassiano Romanis Praefectis callide est impetrata. Tametsi non eam Persarum Rex postulavit, sed quasi postulantibus Romanis indulsit. Verum nihil mirum est eruditos adulatores hoc quoque ad Constantii laudem ab decus trahere.

Ibid. Καὶ εἶδον. HARDUIN. Non ista spectant pacem illam precativam, (sic enim eam Ammianus appellat,) quae a Romanis Praefectis callide est impetrata. Nam hic ipse diserte docet, Datiano duntaxat et Cereali Coss. hoc est, anno sequenti, et quidem jam labente, a Sapore Rege, iniquis admodum conditionibus concessam esse Romanis. Quare haec quam Themi-

stius praedicat tanto apparatu expetitam a Persis, in aliud tempus est rejiciendo, puta post liberatam divinitus secunda obsidione Nisibim, anno circiter CCCLI.

P. 58. A. 2. *Καὶ μεσοῦς μὲν ὁ ἱππόδρομος.* Petav. Ob Imperatorum victoriam Circenses ludi aliaque id genus spectacula celebrata, quae *ἐπινίκια* vocat Appianus l. I. Civil. Sed foedissima macula hic locus obsolevit. Is est pag. 198. ubi Olympiade CLXV. Athletas omnes ac reliquorum spectaculorum artifices e Graecia in Urbem arcessitos a Sylla refert, adeo ut nullum ad Olympiam certamen aliud praeter curuum celebratum anno illo fuerit. *Τοὺς γὰρ Ἀθλητὰς, καὶ τὰ ἄλλα θεάματα πάντα ὁ Σύλλας ἐς Ῥώμην μετεκάλητο ἐπιεικείᾳ τῶν Μιθριδατείων ἔργων, ἢ τῶν Ἰταλικῶν.* Scribe *ἐπινίκια* pro *ἐπιεικείᾳ*, sed leve hoc mendum est, quod Librariorum incuria facile sustinet. Alia sunt in eodem loco longe graviora duo, in quibus Auctor ipse hallucinatus videtur. Nec 396
de iis obiter admonere abs re nostra fore iudico. Imprimis paulo ante de Syllae Dictatura loquens: *Οὕτω μὲν δὴ Ῥωμαῖοι* (inquit) *Βασιλεῦσιν ὑπὲρ τὰς ἑκατὸν Ὀλυμπιάδας χρησάμενοι. ἐπὶ δ' ἐκείνοις δημοκρατίᾳ τε καὶ Ὑπάτοις ἐτησίοις ἀρξάσαις ἐς ἄλλας ἑκατὸν Ὀλυμπιάδας, αὖθις ἐπειρῶντο βασιλείας Ὀλυμπιάδων οὐσῶν ἐν Ἕλλησιν ἑκατὸν ἑβδομήκοντα πέντε.* Regnatum ait esse Romae plus quam C. Olympiadibus: hi sunt anni CCCC. quod est absurdissimum. Ac totidem Olympiadum spatio Coss. Rempublicam permisisse: vere illud quidem: nisi quod XXVIII. anni ad summam desint. Nam ab an. CCLIV. quo Tarquinius ejectus est ad DCLXXII. quo Sylla Dictator est factus, anni interjecti sunt CCCCXXVIII. Poterat scripsisse videri, *ὑπὲρ τὰς ἑξήκοντα Ὀλυμπιάδας.* Nam CCXLIV. anni Olympiadas faciunt LXI. sed illud obstat, quod statim additur, *ἐς ἄλλας ἑκατόν*, ubi vox *ἄλλας* eundem in superioribus fuisse numerum arguit. Quare aliud tum agebat Appianus. Quin et secum ipse pugnat. Mox enim annum illum Syllanae Dictaturae confert cum Olymp. CLXXV. Atqui ducentae Olympiades ex eius ratiocinio colliguntur, quibus alii quot adiungi par est, quae Urbis originem antecedunt. Proxima huic hallucinatio est, quod annum illum quo Sylla Dictaturam iniit, cum Olympiade, uti dixi, CLXV. comparat. Quod ratio temporum minime patitur. Annus ille fuit Urbis conditae DCLXXII. ex Varroniana computatione, sive ut Fasti Capitolini praeferunt DCLXXI. Quo anno Coss. fuerunt C. Marius, et Cn. Carbo. Atqui hoc eodem anno coepit Iphyti annus DCXCIV. sive Olymp. CLXXIV. annus secundus, neque Olympias CLXXV. nisi triennio postea celebrata, anno V. C. DCLXXV. Coss. P. Servilio, et Appio Claudio,

sub quibus Sulla Dictatura se abdicavit. Tantum igitur abest ut Olympiadis CLXXV. primus annus in eum annum incidat, quo Sulla Dictaturam iniit, ut ne ulli quidem tum Olympiaci ludi committi potuerint. Quod in hunc modum demonstrari potest. Quo anno Caesar interfectus est, Olympias accidit CLXXXIV. sive Iphyti IↃCCXXXIII. ut ex Cicerone lib. XVI. Ep. ad Att. Ep. VII. aliisque locis colligit Onufrius. Ab anno autem illo quo Sylla Dictaturam cepit, ad eum quo Caesar occisus est, paria Coss. numerantur XXXVIII. Ergo si priore illo Dictaturae anno Olympiaci agones indicti sunt, trigesimo nono deinceps anno instaurari minime potuerunt. Postremo idem Appianus paulo post annum illum, quo Nicomedes Bithyniam Pop. Rom. et Ptolemaeus Cyrenen testamento legarunt, cum Olymp. CLXXVI. committit. Fuit autem hic annus V. C. IↃCLXXX. vel ex Fastis Capitolinis IↃCLXXIX. Coss. Lucullo et Cotta. Quod si ita est, non potest cum anno V. C. IↃCLXXII. Olympias CLXXV. convenire. Sed ut ad ludos illos Circenses et ἐπινικίους redeam, eundem a Christianis usurpatum morem vehementer arguit Salvianus lib. VI. de Gubern. Dei. *Christo ergo, o amentia monstruosa! Christo*
397 *Circenses offerimus, et mimos: tunc et hoc maxime cum ab eo boni aliquid capimus, cum prosperitatis aliquid attribuitur, aut victoria de hostibus a Divinitate praestatur.*

Ibid. B. 5. *Πυνθάνομαι γάρ.* HARDUIN. Quae dicit hoc loco Themistius de Caesaris appellatione tributa Constantio, eo ipso anno quo conditum est a Constantino Byzantium, neque existimo ad amussim dicta, neque ex Chronologico rigore, sed oratorie accipienda esse. Nam Hieronymus Constantium Caesarem levatum ait anno CCCXXIII. quod et iis omnibus non potest non esse persuasum, qui cum Ammiano fateantur anno CCCLIII. Constantio Aug. VI. et Constante Gallo Caes. II. Coss. ab eodem Constantio tricennalia Arelate VI. Id. Oct. fuisse celebrata. At vero Constantinopolis aedificari coepta est, Ianuario et Iusto Coss. anno duntaxat CCCXXVIII. Celebrata autem encaenia, seu dedicata Urbs an. CCCXXX. VI. Id. Maii, ut ex Iuliano aperte conficit eruditus Petavius in Notis ad Orat. 1. Iuliani. Atque idipsum diserte habet Chron. Alex. et Cedren. Zosim. item lib. II. haud obscure innuit multo prius Constantini filios ab ipso Caesares esse factos, quam CP. Urbis iacta essent fundamenta. Habuit hoc porro Constantinopolis praecipuum ac singulare, neque aliis unquam colonlis impertitum, ut in ipsis encaeniis Imperii particeps, et *τῆς μητροπόλεως* veteris Romae socia fieret.

Ibid. B. 7. *Τριπλασιάσας τὴν ἀρχήν.* PETAV. Mortuo scilicet Constantino, ac Constante fratribus.

Ibid. B. 9. *Πολλαπλασιάζει αὐτῆς τὴν ὁμήλικα.* HARDUIN. *Urbem imperio suo coaevam amplificat.* Extat nummus Constantii, cum inscriptione, VIRTUS CAES. in quo cernitur structura quaedam ex lapide quadrato, cum quatuor pinnaculis, ingentique porta in medio; quam referre Urbem CP. manifestum est ex subiecta Luna falcata, quod huius Urbis insigne fuit, ut videre est in Nummis Byzantii apud Antiquarios. Quod variis nimirum ornamentis Urbem decoraverit, voluit eam in suis Nummis exprimi.

Ibid. B. ult. *Λουτρά τε ἐπώνυμα.* HARDUIN. Thermas intelligit Constantinianas dictas, quae Amantio et Albino Coss. an. CCCXLV. iuxta Apostolorum Aedem aedificari coeptae sunt die XVII. April. Quanquam mendose Constantinianae vulgo dicuntur: nullas enim eiusmodi fuisse Constantinopoli docet Gyllius lib. III. de Topogr. CP. vir cuius diligentiam nihil in hoc argumento fugit; sed Constantianas duntaxat, quarum meminere, praeter Themistium, Sozom. Socrat. et Suid.

Ibid. C. 6. *Χρυσῷ καὶ μορίοις.* PETAV. Quid hic *μόρια* sint, prorsus exploratum mihi non est. An segmenta sic appellat? Unde et segmentatae vestes.

Ibid. C. 8. *Ερωτικώτατον, καὶ ἐμπορώτατον.* PETAV. Leg. *ἐμπυρώτατον.*

Ibid. D. 8. *Ανδρα ἐξείλετο.* PETAV. Iulianum, cui Helena Constantii soror nupsit: quem ad Imperii spem in Gallias misit Constantius. Mamert. Paneg. in Iulianum. Ammianus. Iuliani Nobilissimi Caesaris extat etiam mentio in veteri basis inscri- 398
ptione; de statua Fl. Eugenio V. C. restituta a Constantio Aug. et Iuliano Nobilissimo Caesare.

Ibid. D. penult. *Τῆς Καλλιόπης.* HARDUIN. Emendandum, *Καλλιπόλεως*, ut Constantinopolim intelligat: Nam ita saepius eam Urbem appellat, praesertim orat. III. pag. 42. orat. VI. pag. 83. et alibi passim. Constantinopoli enim natus Iulianus et educatus est.

P. 59. C. 6. *Καὶ ἀνίστησιν ἐκ τῶν τάφων.* HARDUIN. Bibliothecam CP. excitare primum coepit Constantius an. circiter CCCLIV. atque ei operi Curatorem praefecit, cui annonam et impendia dedit, sub quo Librarii plurimi, *οἱ Κάδμου*, operam suam in eadem amplificanda ponerent.

Ibid. C. 7. *Οὔτι που οἴεσθε.* HARDUIN. Sic vertendum: *Neque vero illud tribuite magicis artibus vel furori. Et vero nullum aliud*, etc.

Ibid. D. 6. *Υπὸ μικρᾶς ἀθεραπευσίας.* PETAV. Scrib. *μακρᾶς.*

P. 60. B. *Ὁ Παιανιεὺς, καὶ ὁ τοῦ Θεαδώρου, καὶ ὁ τοῦ Ὀλόρου.* HARDUIN. Demosthenem, Isocratem, et Thucydidem intelligit, a quibus aut patria aut parentes ipsi, quorum nominibus designantur, celebritatem acceperunt.

Ibid. D. *Τῶν περιστόλων τοῦ θεάτρου.* PETAV. Praecinctiones verti, quae Theatri et Amphitheatri partes. Sed *περιστύλων* forsitan leg. vel *περιπόλων*.

Ibid. D. *Καὶ τοῦ διαφανοῦς ἱπποδρόμου.* PETAV. De Circo Constantinopolitano Zosimus: *Καὶ τὸν ἱππόδρομον εἰς ἅπαν ἐξήσκησε κάλλος, τὸ τῶν Διοσκούρων ἱερὸν μέρος αὐτοῦ ποιησάμενος, ὧν καὶ τὰ δείκηλα μέχρι νῦν ἐστιν ἐπὶ τῶν τοῦ ἱπποδρόμου στοῶν ἑστῶτα ἰδεῖν.*

Ibid. D. 2. *Καὶ ὅτι φανείητε.* PETAV. Mutilus hic locus est. Sensus esse debet. Iustius Constantinopolitanos gavisuros esse de instauratis hisce monimentis, quam de magnificis operibus.

Ibid. D. 7. *Καὶ βαναυ * καὶ ἀρχαῖα.* PETAV. For. *βαναυσία*. Et pro *ἀρχαῖοι*, leg. *ἀχρεῖα* cum Henrico Steph. in Reg. pro *βαναυ.* erat *βαίαν*.

P. 61. A. 2. *Καὶ τέως μὲν τῇ πόλει.* PETAV. Coniicio rescribendum *τῇ πόλει ὄνειδος ἦν*, vel *αὐτὸ ἦν τὸ ὄνειδος*. For. et *τῆς πόλεως*, ac *τοῦτο ὄνειδος*. In interpretando tamen aliud secuti sumus, quasi esset, *καὶ τέως μὲν ἐν τῇ πόλει ὤναντο μόνον τοῦ εἴδους.*

Ibid. A. 9. *Ἢ ὄρους, ἢ βακτηρίας.* PETAV. Ei loco, unde purpura petitur, respondere debet *βακτηρία*. Quae vox quia corrupta est, quasi *βαπτηρία* esset, quae tamen vox nusquam a me lecta est, officinam tinctoriam reddidi. Quid si *ἐργαστηρίου*, id est, officina?

Ibid. A. 11. *Ταῦτα μὲν ἐπιεικῶς.* PETAV. Forte, *μὲν γὰρ*. In Reg. est *ἐπιεικός*.

Ibid. B. 8. *Ἑλλήνων, λόγοι.* PETAV. Ante *λόγοι* collocanda particula *ὧν*.

Ibid. C. 5. *Οτι οὐκ ἐνταῦθα ἔστη.* PETAV. Desiderari
399 aliquid verisimile est ante haec verba: in quo *σύμβουλον* illum proderet; cuius auctoritate ac consilio artes fuerant postliminio restitutae.

P. 62. A. 5. *Εἰ μὴ οἴονται.* HARDUIN. Corrig. *Εἰ μὴ οὐκ οἴονται.*

Ibid. B. 2. *Οὐδὲ σεμνὸν ὁ Ἱππολυτος.* PETAV. Lege *σεμνὸς*: et asterisco opus nihil fuerit, qui in Henr. Stephan. editione est. Vel potius ut est in Reg. *οὐδὲν σεμνόν*.

Ibid. B. 6. *Ω οὐκ ἐξόν.* PETAV. Expungo negativam particulam.

Ibid. B. 11. *Τὴν δὲ ἐν τῷ ἄλλῳ.* PETAV. Perperam hic

fortassis ἄλλῳ scriptum est. For. μεγάλῳ. In Reg. post ἄλλῳ lacuna inerat.

Ibid. C. *Εννοησάτω δυοῖν ἀνδρῶν.* PETAV. Quinam illi duo sint nondum comperi. Nescio an alter ex iis Liberius sit Pontifex; qui etsi contra Constantii voluntatem iisset, atque ob id relegatus fuisset, ab eo tamen postea est integrum restitutus. Histor. Eccles.

Ibid. *Δυοῖν ἀνδρῶν.* HARDUIN. Convenire haec Liberio non possunt, si haec oratio recitata est, ut est, ipso assentiente interprete, dum Constantius Romae versaretur, hoc est anno CCCLVII. Revocatus enim est Liberius anno duntaxat CCCLVIII. Constantio Sirmii degente, ut docet Philostorg. lib. IV. c. III. et Sozom. lib. IV. c. XIV. Anno vero CCCLVII. Felicem Episcopatum Urbis Romae adhuc mense Decembri tenuisse liquet ex lege XIV. de Episcopis, inscripta v. Kal. Ian. Felici Episcopo. Itaque Vetranionem et Silvanum hic designari arbitror: hunc enim simulatorem astutum et subdolum fuisse, docet cum Themistio Iulianus orat. II. Illius vero nota virtus in publicis rebus, ut ait Themistius, Constantium movit, ut veniam eidem dandam putaret.

Ibid. C. penult. *Οὐχ ὅπερ.* HARDUIN. Corr. *Οὐχ ὅτιπερ.*

Ibid. D. *Εν κοινῷ ὑπεγράψατο.* PETAV. Forte, *ἐν κενῷ*, ut *ἀληθινῷ παραδείγματι* respondeat. Quamquam nec altera lectio reiicienda est.

AD ORATIONEM V. NOTAE.

PETAV. Iuliano Imperatore mortuo, summa omnium consensione creatus est Iovianus, qui Ancyrae Galatiae Consulatum iniit cum Varroniano filio; indeque Constantinopolin revertenti, cum iam Dadastanam pervenisset, cum aliis Senatorii ordinis Principibus obviam processit Themistius, qui hanc apud eum orationem habuit; in qua primum de eius ad Imperium evectione gratulatur: tum ob id maxime commendat, quod liberum unicuique esse siverit, quam vellet ut religionem citra fraudem teneret. HARDUIN. Dicta est haec oratio an. CCCLXIV. Aerae vulgaris. Socrates lib. III. c. XXVI. recitatam primum Dadastanae coram Ioviano Augusto, postea vero iterum CP. coram populo pronunciatam ait.

P. 63. D. 2. *Τὸν Ἄρειον ὁ Σεβαστὸς*, etc. HARDUIN. De Ario, vide Plutarch. in Anton. sub finem, Dionem lib.

LI. et LII. De Thrasylo Mathematico et Platonicae disci-
400 plinae sectatore, Sueton. in Aug. c. XIV. et LXII. De Dione Chrys. vide Suid. v. *Δίων*. Denique Gellius lib. II. c. XVIII. et lib. XV. c. XI. de Epicteto consulendus est; quem quidem usque ad Marci Aurelii tempora vitam produxisse, praeter Themistium autor est Suidas; quorum testimonia haud satis expendit Salmasius, qui in Epicteti Enchiridio alias partes sequitur.

Ibid. D. 3. *Τοιύτης τῆς τύχης*. PETAV. Puto *τέχνης* scribendum, non *τύχης*.

Ibid. D. 7. *Ἀλλ' ὁ μὴ πάλαι*. PETAV. Diocletianus scilicet, qui cognomento Iovius est dictus, a quo quendam e maioribus suis Philosophorum observatum praedicat Themistius: cuius verbis nihil esse potest planius, ut eum vehementer admirari iubeat, qui nihil hoc in loco viderit, sed absurde admodum detorserit.

P. 64. A. ult. *Οὐχ ἵνα τὸ Σιλανίωνος*. PETAV. Silanio nobilis sculptor. Plin. lib. XXXIV. c. VIII. *In hoc mirabilis*, inquit, *quod nullo doctore mirabilis fuit ipse*. Pausan. Eliac. 1. Plutarch. Theseo. Illius igitur arte, id est, sculptura, utebantur mechanici et sordidi opifices, ut mercede suam Graecis operam locarent. De sententia vix monendum putarem, nisi et eam ab alio ignoratam viderem.

Ibid. B. 5. *Νόμον ἔμψυχον*. PETAV. Aliter haec de malo Principe accipiendum, cum lex esse subditis sibi dicitur, ut de se Phalaris testatur Ep. ad Clean. et Theano. *Καὶ τοὐμὸν ὄνομα δι' οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν ἐκμελές, ἢ ὅτι νόμοις οὐ πείθομαι, νόμος δὲ ἐμὶ τοῖς ὑπηκόοις*. Synes. *Βασιλέως μὲν ἐστὶ τρόπος ὁ νόμος, τυράννου δὲ ὁ τρόπος νόμος*.

Ibid. B. 7. *Τοῦ δι' αἰῶνος χρηστοῦ*. PETAV. Tametsi haec ita sim interpretatus, nonnullam ut sententiam elicerem; magna mihi tamen suspicio est, verba haec e margine illapsa in contextum, ac temere confusa esse. Scripsit Dio de Regno orationes aliquot, in quibus quamplurima in eandem sententiam disseruit. Quod cum aliquis observasset, ad oram codicis adnotarat idem apud Dionem Chrysostomum reperiri, his verbis, *τοῦ Δίωνος χρυσοῦ*. Sic enim paulo supra hunc Philosophum appellat et Synesius non uno in loco.

Ibid. C. 7. *Τοὺς φαλακροὺς δὲ καὶ τοὺς*. PETAV. Platonica similitudo est lib. VI. de Rep. *Δοκεῖς οὖν τι*, ait de isto genere Philosophorum, *διαφέρειν αὐτοὺς ἰδεῖν ἀφύρτων κτησαμένου χαλκέως, φαλακροῦ καὶ σμικροῦ, νεωστὶ μὲν ἐκ δεσμῶν λελυμένου, ἐν βαλανείῳ δὲ λελυμένου νεοφῳὸν*

ἱμάτιον ἔχοντος, ὡς γαμφρὸν παρεσκευασμένου, διὰ πενίαν, καὶ ἁρμίαν τοῦ δεσπότου τὴν θυγατέρα μέλλοντος γαμεῖν.

Ibid. D. 5. *Ἀμφω σοι συμπροσθώμεθα.* PETAV. Forte, *ἀμφοῖν ὑμῖν προσθώμεθα.*

Ibid. *Τὸ μὲν τοίνυν ἥδυσμα.* PETAV. Hoc in ea celebritate suavissimum, atque ad dicendum iucundissimum accidisse dicit, quod hic annus patris et filii nominibus signetur, qui, ambo purpurae atque imperii sint aequales; hoc est, eodem tempore purpuram ceperint. Fortassis etiam *ἡλικιώτου* rescrib. ut ad *υἱέως* pertineat.

P. 65. A. 8. *Ἐφ' ἕτερον τῆς ὁρμῆς.* PETAV. Ad Iovianum istud refero. Prius enim Sallustio cuidam Imperium 401
fuerat delatum; sed eo detrectante, ac senium causante, creatus est Iovianus. Vide Amm. lib. XXV.

Ibid. B. 2. *Συγχωρήσει δέ σοι.* PETAV. *Νεανίαν* appellat Varronianum cum infans esset adhuc. De quo memorabile illud ab Amm. proditur. *Et cum introisset* (inquit), *Ancyram Imper. paratis ad pompam pro tempore necessariis, Consulatum iniit, adhibito in societatem Trabeae Varroniano filio suo admodum parvulo. Cuius vagitus pertinaciter reluctans ne in curuli sella veheretur ex more, id quod mox accidit, portendebat.*

Ibid. B. 4. *Ὅτι σοι πατρῴας.* PETAV. Contra sentit Amm. qui Imperatorem hunc asserit *paternis meritis mediocriter commendabilem. Erat enim Varroniani notissimi Comitis filius, haud dudum post depositum militiae munus ad tranquilliora vitae digressi.* Nisi forte, *non mediocriter* legere oporteat.

Ibid. B. 6. *Τελευτήσαντος δὲ τοῦ πρεσβυτέρου.* PETAV. De Constantio loquitur, ac subinde de Iuliano.

Ibid. B. 7. *Ἀπολαβεῖν μελλήσας.* HARDUIN. Habet aliquid plane simile de Maioriano Sidonius in Paneg. Carm. v. vers. CCCXII.

Iam tunc imperium praesentis principis aurea
Volvebant bona fata colu, sed publica damna
Invidiam fugere viri. Quicunque fuerunt
Nomen in angustum lecti, tenuere relictum
Caesaribus solium; Postquam tu captâ laboras, (Roma)
Hîc quod habet, fecit.

Ibid. C. 3. *Τὸν ἀνάρχητον Ἀρριδαῖον.* PETAV. Leg. *ἀνόητον*, ut est in Reg. Sic enim Plut. Alex. mente illum captum, atque a noverca dementatum asseverat.

Ibid. D. *Καὶ παραγγελίας, καὶ δεκατισμούς.* PETAV. Pronum est mutare in *δεκασμούς*. Sed nec illud improbo. Sunt enim *δεκατισμοὶ* Decuriationes, et sodalitia, quae in

ambitus crimine comprehensa. De quibus Cic. pro Flac. Quanquam et idem etiam δεκασμὸς significat. Gloss. Vet. δεκασμὸς, *Decumatio*, *ambitio*.

Ibid. D. penult. *Τὸ κεκτῆσθαι τὴν βασιλείαν.* Petav. Forte τοῦ κεκτῆσθαι.

P. 66. A. 3. *Οὐ γὰρ οὐχ ἥττόν σε.* Petav. Quam hoc ad ambitionem et gratiam falso sit a Themistio dictum, author esse potest Amm. l. 25. caeterique pene omnes historici; qui e Ioviano pudendis conditionibus redemptam foedissimam pacem asserunt. Vide Zosim.

Ibid. A. 8. *Οὕτω φασὶ καὶ τὸν Θηβαῖον.* Petav. Plut. *ἐλ πρεσβυτέρων πολιτευτέον*, Diodorus Siculus, lib. XV.

Ibid. B. 5. *Ἀλλὰ συνελθοῦσα.* Petav. Refert Ammian. post Iuliani obitum, inter Orientales et Occidentales, maximeque Gallos, certatum fuisse de eligendo Principe, donec stimulantibus paucis electus est Iovianus.

Ibid. B. 10. *Οὐχ ἵππου χρεμετίσαντος.* Petav. De his Herodotus Thalia, et Euterpe. Legendum porro κυνῇ pro κυνί.

402 Ibid. B. ult. *Οὐδὲ γυναικός σε.* Petav. Uti Gyges olim evectus ad Regnum est. Idem Herod. lib. I. Eadem habet Themist. sup. orat. 2. p. 36.

Ibid. C. 9. *Ἀλλὰ ταύτην τὴν γῆν.* Petav. Ad coepitium Tribunal hactenus spectare Themistium credideram. Nunc placet ad pacis conditiones referre, quas Romano nomini pudendas cum Persis Iovinianus iniit, cum videlicet Urbes aliquot ac Provincias iis concessit. Ita enim Pacem inter se non armis ut Glaucus ac Diomedes, invicem permutatis, sed agro velut coniuncto mistoque stabiliebant, quae erat *ὑπόθεσις τοῦ πολέμου*.

Ibid. D. penult. *Ἐκ τάξεως οὐ λίαν πρώτης.* Petav. Ex domesticorum ordine. Ammian.

P. 67. A. 8. *Καὶ τὸν Υστάσπου Δαρεῖον.* Petav. Darii in Sylosontem a quo privatus cum esset, beneficio fuerat affectus, munificentiam innuit. Qua de videndus Herod. Thalia.

Ibid. D. penult. *Νῦν δὲ ἅπαντες κόθορνοι.* Harduin. *Κόθορνος* apud Hesych. calceamentum est utrique pedi aptum, seu utrique conveniens sexui, virili et muliebri: unde *κόθορνον* vocarunt Theramenem, *διὰ τὸν περὶ τὴν πολιτείαν ἀμφοτεριστόν*. Et in proverbio, *cothurno versatilior*, de homine dicitur, qui utraque axilla, ut aiunt, gestare novit.

Ibid. D. ult. *Μετροῦ δεῖν χθές.* Petav. Theramenes cum aliis, novem ad Lacedaemonios missus, ad confirmandam

pabem; postea tibus ex XXX. Tyrannis factus est. Xenoph. 2. Hell. unde et pro πεντήκοντα, τριάκοντα restituendum est, ex Cod. Regio MS.

P. 68. A. 1. Πρὸς βωμοῖς, πρὸς ἱερείοις. PETAV. Eorum, quibus temporaria atque arbitraria religio est, levitatem ac impietatem arguit, quod iidem, tempori ut servirent, Gentilium ac Christianorum sacra frequentarent. Quare antithesin hic utrorumque rituum facere videtur, et idcirco pro ἱερείοις, ἱεροῖς legendum. Nam ἱερεῖα Gentilium propria. Nisi forte priora tria, quae Ethnicorum sint, τραπέζῃ, quae Christianorum est, opponantur.

Ibid. A. 7. Καὶ τοῦτο. HARDUIN. Melius, κατὰ τοῦτο.

Ibid. B. 7. Καὶ τούτων οὐ χρημάτων. PETAV. Leg. τοῦτον, et postea, οὐ πῦρ τὸν νόμον. HARDUIN. Longe commodius erit ad sensum, si legas, οὐ πυρπάτω.

Ibid. B. 11. Ἐλευθέραν μέντοι. PETAV. Pro μέντοι, μετὰ esse substituendum ex latina illa Themistii orat. 12. didici, quae ad Valentem habita est: atque ita Reg.

Ibid. C. 6. Ὅσα δὲ καὶ πρὸς ἄμιλλαν. PETAV. δὲ, in μὲν mutandum, ex Cod. Regio.

Ibid. D. 5. Ὑπὸ τὸν αὐτὸν ἀθλοθέτην. HARDUIN. Corrig. ὑπὸ τῷ αὐτῷ ἀθλοθέτῃ; vel potius, ἐπὶ τὸν αὐτὸν, quod sic verendum; *Ad eundem certaminis moderatorem.*

P. 69. B. 10. Τοῦτον ἐγὼ τὸν νόμον. PETAV. Lacuna haec in Regio codice ita suppletur. Τοῦτον ἐγὼ τὸν νόμον, οὐ φαυτότερον (corrig. φαυλότερον) ποιοῦμαι τῆς 403
Πέρσῶν φιλίας. δι' ἐκείνην βαρβάροις σὺ πολεμήσομεν, διὰ τὸν νόμον πρὸς ἑαυτοὺς ἀσυ. βιω. Quae cum Duditiana interpretatione consentiunt.

Ibid. C. 7. Ἀπανταχόθεν φοιτῶν. PETAV. Repetendum fortassis ἔαν.

Ibid. C. ult. Οἱ δὲ ὁπλίζονται. PETAV. Cum mihi dudum magna quaedam de huius loci depravatione esset suspicio, auxit illam postea orationis latinae, quae ab Andrea Duditio edita est, collatio. Nam eum multa hinc in illam translata sunt, tum hic praecipue locus, qui his verbis explicatur. Sunt Praetoriani milites, sunt legionarii, sunt qui ex equo depugnent, sunt qui pedestres rem gerant. Quae verba veram in huius loci emendationem manu ducunt, ut pro ὁπλιτεύουσιν, δορυφοροῦσιν reponendum videatur, et ὁπλίζονται, quod proximum est, in ὁπλιτεύουσιν mutetur.

Ibid. D. 5. Ἀνήρτηνται καὶ τὴν γνώμην. PETAV. Dele part. καί.

P. 70. A. 1. Οἱ ἐπιτρεπόμενοι. PETAV. Nugax lectio. Corr. ἐμπορευόμενοι. HARDUIN. Forte, οἱ πολιτευόμενοι.

Ibid. A. 6. *Αὐτοὺς Σύρους ὁμοίως.* Petav. Nisi fallor, per Syros hoc loco Christianos intelligit. Quos quidem cum Iudaeis confundere Ethnici solebant, quod a Iudaea salus professioque ipsa ortum atque incrementum coeperit. Sic Galilaeos appellabat execrandus ille Parabates: atque et *Σύρων φωνὴ*, et *Ασσυρίων γράμματα* pro sacris literis ab nostro aliquoties usurpata. De Christianorum illa cum Iudaeis confusione insignis est Arriani locus 2. Dissert. Epict. c. 10. *Καὶ ὅταν τινὰ ἐπαμφοτερίζοντα ἴδωμεν, εἰώθαμεν λέγειν, οὐκ ἔστιν Ιουδαῖος, ἀλλ' ὑποκρίνεται. ὅταν δὲ ἀναλάβῃ τὸ πάθος τοῦ βεβαμμένου, καὶ ᾑρημένου, τότε καί ἐστι τῷ ὄντι, καὶ καλεῖται Ιουδαῖος.* Sed de mendo suspectum mihi est illud *ᾑρημένου*: pro quo *περιῃρημένου* probabiliter legi potest, id est, circuncisi. Qui cum proprius esset Iudaïsmi character, magnaque tum Christianorum pars e Iudaeis esset, crediderant Gentiles, Iudaeos omnes et baptizatos et circumcisos esse oportere. Syros porro hic pro Christianis sumi, arguit quod eosdem ait multiplices in sectas esse distributos, quos ad haereticorum factionem pertinere putandum est. De hac religionum sectarumque varietate, quem, ut in malis, usum et commodum afferat, disserit Athenagoras initio Apolog.

P. 70. B. 2. *Αλλὰ καὶ τοὺς θεσμούς.* Petav. Obscurus sane ac salebrosus locus. De quo ita tamen sentio: Iovianum laudari, quod Christianorum rituum ac caeremoniarum sit peritissimus, eosque qui sinceri ac germani sint, ab adulterinis discernat, atque edicto suo quid de vera Religione tenendum sit, constituat. Simul enim atque in Imperium evectus est Iovianus, Catholicae fidei professionem edidit, atque haereticos repressit. Theodoret. l. IV. Extat fidei formula quam Iovianus cum Imperium cepit, ab Athanasio postulavit. Sed quid Empedocles ille? Prorsus cum periculo me illinc expediam, ac coniecturam duntaxat meam, non quasi *κυρίαν δόξαν*, explicabo. Empedoclem igitur,
404 opinor, Christum Dominum Gentilis homo, atque impius vocat; quasi se ille perinde ut Empedocles, Deum haberi voluerit, eoque ipso suo conatu mortem sibi arcessiverit, *ὅτι μὴ θεὸς ὢν τοῦθ' ὅπερ ἔλεγεν εἶναι, κατεψεύδετο*, ait de Empedocle Tatianus. Cum igitur omnes ob sancitam in tenenda religione libertatem Imperatori gratulari oporteat; tum eos maxime decere, quorum insuper iura ac ritus explanat, haud dubie Christianos, atque illam fidei professionem indicans, idque, ait, nihilo deterius Empedocle, non illo dico veteri, sed novo, id est Christo, qui Empedoclis similis. Sed aperte de Christo dicere ausus non est, ne pium

ac Christianum Principem offenderet. Atque utinam aliam haec quae dicit sententiam pati possint! Magno quippe redemptum velim, ut ne tam conscleratum dictum elegantissimis scriptis illigatum fuerit.

Ibid. B. 3. *Οὐ φαυλότερον Ἐμπεδοκλέους.* HARDUIN. Quovis ego pignore contenderim voces eas quae proxime has sequuntur, *οὐ μὰ Δία ἐκείνου τοῦ παλαιοῦ*, inutile quoddam glossema esse, qualia sane multa in Themistii textum irrepsisse animadvertimus: nam neque ullo modo cohaerent cum oratione reliqua; et iis expunctis, nihil admodum hic superest difficultatis aut salebrarum, unde se quisque expedire nullo negotio non possit. Gratulandum enim Imperatori ait ob sancitam in religione tuenda libertatem; sed ab iis maxime quorum iura ritusque diiudicat et explanat, nihilo deterius quam Empedocles olim fecisse perhibetur; quem aiunt, ut refert Suidas, consuetudine Deorum usum, didicisse ex iis, *ὅπῃ τοῖς ἀνθρώποις χαίρουσι, καὶ ὅπῃ ἄχθονται, quibus ritibus et obsequiis placare Deos homines possint, quibus offendant;* cum ceteri mortales in explicanda Deorum natura et cultu, coniectura solummodo, et opinione, aut omnino errore ducantur. Ad hunc enim morem Iovianus Augustus cum intelligat ad veneficia a sacrificiis (Etnicorum scilicet, quorum ritibus ac partibus addictum fuisse Themistium certum est) et a religione ad superstitionem facilem prolapsionem esse; sic Paganorum ritus sacrilegos secernit a ceteris, ut istos eis condonet, illis interdicat: quod cum sapienter admodum sancitum sit, hos ipsos quorum in rem ea maxime cedunt, gratulari Imperatori oportet.

Ibid. D. 4. *Μετὰ τὸν υἱέα, μετὰ τὸν ἀδελφιδοῦν.* PETAV. Nihil insulsius hac lectione. Quam saniorem reddideris, si *ἀδελφιδοῦν Κωνσταντίνου*, legas, et mox *τὸν πάνυ Κωνσταντῖνον ἀπείληφας*. Post Constantium, inquit, Constantini filium, post Iulianum fratris eiusdem filium, ipsummet Constantinum recepisti.

P. 71. A. 1. *Οὐκ ἀφείλετο τῆς ταινίας.* PETAV. Vox haec, *ταινίας*, forsitan depravata.

Ibid. A. 4. *Πέρσας δὲ καὶ Ἀθηναῖοι νικῶντες.* PETAV. De Graecorum navali ad Salaminem conflictu, ac victoria, loquitur, cuius tempus in Mysteriorum dies incurrit. Fallantur enim qui alio tempore contigisse putant, homines imprimis eruditi, quibus fraudi fuit Plutarchi error et inconstantia, ut ex iis quae ad hunc locum opportune disputabimus, evidentissime constabit. Igitur Plutarchus lib. de gloria Atheniensium, Munychione mense pugnatum ad Salaminem asserit his verbis, *τὴν δὲ ἕκτην ἐπὶ δέκα τοῦ Μουνν-* 405

χιῶνος Ἀρτέμιδι καθιέρωσαν, ἐν ᾗ τοῖς Ἕλλησι περὶ Σαλαμῖνα νικῶσιν ἐπέλαμψεν ἡ θεὸς πανσέληνος. XVI. die Munychionis debellatum cum Persis: ob idque Dianae, sive Lunae, qui illo die pleno orbe fulsit, eandem diem consecratam existimat. Est autem *Μουνυχιὼν* vernus mensis, et Aprili fere, aut etiam Maio respondet. At in vita Camilli idem author longe aliter pronunciat, et in *εἰκάδας*, sive XX. diem Boëdromionis victoriam illam reiicit. Cum enim Menses, diesque certos enumeraret, quibus feliciter a Graecis adversus Barbaros decertatum esset, de Boedromione potissimum meminit, atque inter caetera, *πέμπτῃ δὲ φθίνοντος ἐν Ἀρβήλοις Ἀθηναῖοι τὴν περὶ Νάξον ἐνίκων ναυμαχίαν, ἧς Χαβρίας ἐστρατήγει τοῦ Βοηδρομιῶνός περὶ τὴν πανσέληνον. Ἐν δὲ Σαλαμῖνι περὶ τὰς εἰκάδας*, etc. Boedromion porro Septembrem vel Octobrem occupat, cuius *περὶ τὰς εἰκάδας* praelium illud accidit. Observandus imprimis hic locus est, qui non ad praesens modo institutum aptus, sed ad alium insuper usum memorabilis atque insignis est. Hoc enim unico firmamento tota illa Atticae Periodi doctrina nititur, quam in l. de Emend. Temporum, et in Isagogicis Canonibus Iosephus Scaliger vir in ea palaestra, ut omnes norunt, exercitatissimus, astruxit, tantique adeo fecit, ut eius se repertorem esse cum haetenus ignota fuerit, pene ubique glorietur. Sed de ea re paulo post acturi, prius illud de Persicae cladis tempore videamus. Libro V. de Emendat. Temp. pag. 383. Scaliger ita statuit. *Praelium navale ad Salaminа contigisse anno secundo Olympiadis, qui erat quartus Tetraeteridis Atticae*, idque Munychione mense, qui tum in Aprilis XVI. coepit, *τῇ ἕκτῃ ἐπὶ δέκα*, Plenilunio, quod nonnisi anno Tetraeteridis IV. fieri potest. Annus hic erat Iulianae Periodi 4236. Cyclo Lunae XVIII. Solis VIII. At Xerxis transitum confert idem in antecedentem annum Periodi Iulianae 4235. *Cuius diebus aestivis duobus mensibus post coepit annus secundus Olymp.* LXXV. Ita *διάβασις* anno primo Olympiadis exeunte facta. Quare perspicue secum idem ille Scaliger pugnat, cum anno IV. Olympiadis desinente traiecisse Xerxem asserit, veteresque reprehendit, qui ad primum sequentis Olymp. annum revocarent. Anno Periodi Iulianae 4234. Cyclo Lunae XVI. aestivis mensibus coepit annus primus Olymp. LXXV. quo adhuc labente, anno Periodi Iulianae 4235. Aprili mense Xerxes, Scaligero authore, transiit: ergo accidit illud Olymp. anno primo, non antecedente IV. cum et Salaminia pugna, quam anno Iuliano posteriori tribuit, anno secundo Olymp. ac Iulianae Per. 4236. adscribatur.

Herodotus lib. VII. pag. 252. Xerxem narrat, postquam

Sardibus hiemasset, ineunte vere Abydum profectum; atque in digressu Solem defecisse. Tempus Eclipsis istius definitur a Buntingo et Scaligero Nabonassari anno 267. Periodi Iulianae 4233. Cyclo Lunae XV. Solis V. Aprilis XIX. Feria 406
IV. hora VI. matutina in Horizonte Regiomontano. Quod si ita se res habet, transitus Xerxis assignandus erit anno III. Olymp. LXXIV. qui adhuc Aprili mense decurrebat, aut certe Olympiadum tempora omnia retexenda, et in anteriora retrahenda sunt, ut LXXV. Olympias non anno Periodi Iulianae 4234. sed eodem illo 4233. incheata dicatur. Quod quidem propter aliorum Authorum concordem ac consentientem sententiam verisimile non arbitror. Et errare potius Herodotum hac in parte suspicor, qui Eclipsin illam, quae superiore anno contigerat, cum illa Sardicensi profectione coniunxit. Eodem porro anno Period. Iul. 4233. Eclipsis alia Solis contigit, sexto a priori mense, Octobris XIII. Feria VI. Nam Novilunium verum Octobris XIII. hora XI. scrup. XXXI. a media nocte. Latitudo Lunae sign. XI. Gr. XXIX. 14. 27. ut ex Ptolemaicis Tabulis constat. Incidit vero in an. IV. Olymp. LXXIV. sed diu post illam Xerxes Sardibus profectus est. Nec minus illa Scaligeri falsa ratio est, qua sive Xerxis transitum et Salaminiam pugnam diversis Iulianis annis affingit: sive Munychioni vel Aprili navale illud praelium tribuit. Imprimis enim in eundem Periodi Iulianae annum duo, ista convenire satis ex Herodoti narratione convincitur. Siquidem lib. VIII. pag. 302. scribit mense post διάβασιν quarto, barbaros in Atticam pervenisse, Calliade Magistratum gerente, ut et Halicarn. lib. IX. confirmat. At paulo post navale praelium commissum est, anno eodem Iuliano, autumnique tempore, Olympiadis LXXV. anno primo. Nam pag. 298. diserte scribit Herodotus dum in itinere barbarus esset, Olympiacum certamen fuisse celebratum. Inde post victoriam Themistocles Graecos iubet omisso Rege domum sese recipere, ut appetente vere in Hellespontum navigent. Pag. 315. Non igitur Munychione vel Aprili mense, sed Autumno profligati sunt ad Salamina Barbari, et quidem Boedromione mense, περὶ τὰς εἰκάδας, ut recte Plut. in Camillo, unde alius locus emendandus est e tractatu de gloria Athen. Ad summam, Xerxis transitus incurrit in an. IV. Olymp. LXXIV. ineunte vere, Per. Iul. 4234. Conflictus vero Salaminius anno primo LXXV. Olymp. eodem anno Iuliano sub Autumnum, Boedromione circa Mysteria, ut ex Herod. lib. VIII. pag. 305. potest colligi.

Venio iam ad alterum loci illius usum explicandum, cuius unius praesidio et authoritate universa, uti diximus, Atticae

Periodi descriptio a Scaligero instituta fulcitur. Equidem, ut de tota anni Graeci ratione, quam merito primum a se repertam, et hactenus ignoratam fatetur (est enim ingeniose illa quidem, sed temere falsoque conficta), ut, inquam, de Graecorum annis ac Periodo nihil in praesentia dicatur, id quod alias, si Deus dederit, fortasse praestabitur: quod de Atticae Periodi cum Olympiaca comparatione operose iisdem in commentariis edisserit, quam inane sit, planum ex illo ipso Plu-
407 tarchi loco faciam. Etenim libro primo de Emend. Temp. ubi de Periodo Attica disputat, pag. 41. Edit. 2. posteaquam Olympiacam Periodum ex novo quodam anni genere conflatam diligenter exposuit, quae sit Atticae Periodi ratio ad illam comparatioque, ex illa Plutarchi authoritate constituit. *Plutarchus*, inquit, *scribit pugnam Chabriae circa Naxum contigisse*, Βοηδρομιῶνος πέμπτῃ φθίνοντος περὶ τὴν πανσέληνον. *Hoc tempus confertur in annum primum Olymp. CI. apud Eusebium, hoc est, in annum Iphiti* 401. Ex quo ita colligit: Cum Pleniluniun Boedromionis XXVI. contigerit, novilunium XIV. vel XIII. die esse commissum. Hoc autem nonnisi tertio tetraëteridis anno fieri potest, ut ex lateculo Neomeniarum Atticarum intelligitur, pag. 33. Quare annus primus tetraëteridis Olympiacae tertius est Atticae tetraëteridis; ac proinde Periodus Olympica duobus Cyclis ab Attica differt, et ad Methodum demendi sunt ex Olympica anni XXXVIII. adeo ut XXXIX. unius, primus sit annus alterius. Haec ille, nec aliam tantae rei stabiliendae authoritatem assciscit.

Sed illud primum vehementer admiror, hoc pro certo allatum ex Eusebio, quod nec is in Chronico quidem evidenter affirmat, et aliorum diserto ac gravissimo testimonio refellitur. Eusebius enim ad ann. 1. Olymp. CI. hoc tantum adscribit, *Athenienses Principes Graeciae facti*, quae in Graecis a Scaligero editis minime reperiuntur. Diodorus vero Siculus lib. XV. aperte Chabriae victoriam ad Naxum confert in annum IV. Olymp. C. Quod si verum est, labat mutua illa Periodorum inter esse consensio, ac quicquid ex ea ad temporum annorumque rationem investigandam ab illo passim obtruditur. Tum enim mutari omnia necesse est, ut et annus tetraëteridis Olympiacae quartus, tertius sit Atticae, atque huius primus, alterius sit secundus, et Cyclorum trium inter illas discrimen intercedat; postremoque ut XX. alterutrius, primus sit annus alterius. Deinde cum Plutarchi locus ille corruptus sit, multo est Scaligeri usu et accommodatione corruptior factus. De vitio quidem dubitaverit nemo, qui quam absurda ista sint, expenderit, ἐν Ἀρβήλοις Ἀθηναῖοι τὴν περὶ Νάξον etc. prope

Arbela ad Naxum, quae sunt ἀσύγκλυστα. Arbela Persicae oppidum est, vel Assyriae, ut Straboni ac Ptolemaeo placet, ait quod Persae ab Alexandro insigni certamine victi Imperium cum libertate perdiderunt. A quo Naxos insula longissime distat. Quare cum haec verba πέμπτῃ δὲ φθίνοντος ad ambo illa loca pertinere nequeant, sic ea tamen diversis in locis a Scaligero sunt accepta, quasi utriusque praelii tempus indicarent. Nam ad Chabriae pugnam, Naxicamque victoriam suo velut charactere consignandam adhibuit pagina illa 41. lib. I. At lib. V. ubi de pugna ad Arbela disserit, pag. 396. Plutarchum arguit quod Βοηδρομιῶνος πέμπτῃ φθίνοντος accidisse certamen illud ad Arbela dixerit. Cuius verba sine ulla distinctione sitat pag. 394.

Verum post Ἀρβήλοις mafore στιγμῇ opus est. Quippe XXVI. Boëdromionis Persica clades accidit; Chabriae vero pugna plenilunio mensis eiusdem. Polyaenus lib. III. de Strat. cap. de Chabria, diem ipsum declarat, unaque et Salaminiae pugnae tempus adstruit. Χαβρίας περὶ Νάξον ναυμαχῶν ἐνίκησε Βοηδρομιῶνος ἕκτῃ ἐπὶ δέκα, αὐτὴν τὴν ἡμέραν ἐπιτηδειον τῇ ναυμαχίᾳ κρίνας, ὅτι ἐν μιᾷ τῶν λϑ'. Μυστηρίων (alii corr. ἡ μίαν). Ὅϑεν γέ τοι καὶ Θεμιστοκλῆς τοῖς Πέρσαις ἐναυμάχησε περὶ Σαλαμῖνα. Ἀλλὰ οἱ μὲν περὶ τὸν Θεμιστοκλέα συμμαχον ἔσχον τὸν Ἰακχον γολλάδα Μύσται. Scribendum fortasse, Χαβρίας δὲ Μύστας. Neque vero Plutarchi error ullus est. Nam quod Scaliger opponit ex eodem scriptore in Alexandri vita, defecisse lunam Boëdromione mense circa mysteriorum initium: tum XI. post die cum hoste certatum. Quare cum mysteria Boëdromionis XX. die celebrarentur, non potuisse XXVI. qui sit ab illo tantum septimus, praelium committi, hoc est πέμπτῃ φθίνοντος, animadvertere illud debuit non τῇ εἰκάδι Boëdromionis, sed περὶ τὴν Μυστηρίων ἀρχὴν, Alexandri contigisse victoriam. Mysteriorum porro dies non unus, sed plures extiterunt, inter quos celeberrimus religiosissimusque vigesimus est habitus, ἐν ᾧ τὸν Ἰακχον ἐξῆγον, Iacchum sive mysticam Bacchi pompam educebant. Quot autem fuerint, nondum me comperisse fateor. Unius ex iis et quidem primi mentio extat apud Hesych. in voce ἀγυρμὸς, quam sic explicat, ἐκκλησία, συγκρότησις, καὶ τῶν μυστηρίων ἡμέρα πρώτη. Non dubium est ex eo ita nominatum, quod tum primum initiati cogerentur. Aristoph. vero Schol. in Ranis alterius meminit, quae Ἐγκὰς, dicebatur: Μία τῶν Μυστηρίων ἐγκὰς ἐστιν ἐν ᾗ τὸν Ἰακχον ἐξάδουσιν. Sed vereor ne εἰκὰς legendum sit, et pro ἐξάδουσι, ἐξάγουσι, ut apud Plutarch. saepius. Hesych. Ἰακχον τὸν Διόνυσον, ἢ μίαν ἡμέραν τῶν Μυστηρίων, ἐν ᾗ τὸν Ἰακχον ἐξάγουσι, καὶ ἡ

408

φδὴ, ἣν οἱ μεμνημένοι ᾄδουσι, ut intelligas τὰς εἰκάδας, quibus τὸν Ἴακχον ἐξῆγον, unam mysteriorum diem non integram celebritatem fuisse. Thesmophoriorum certe V. dies extitisse indicat Aristoph. Θεσμοφ.

Ἐπὶ τρίτῃ ἐστὶν Θεσμοφορίων ἡ μέση.

Mediam vocat tertiam, quinque igitur erant. Apud Hesych. tamen IV. duntaxat reperio. Τρίτη Θεσμοφορίων· ζητεῖται πῶς ἅμα μὲν λέγει τρίτην, Θεσμοφορίων εἶναι, ἅμα δὲ μέσην τεττάρων οὖσαν ἡμερῶν. Polyaenus loco cit. XXXIX. mysteriorum dies numerare videtur, sed mendosus codex est. Quare ut Mysteriis V. dies imputemus, factum solipsis Boëdromionis XV. vel XVI. hoc est circa primum diem accidere, et XI. post die, sive Boëdromionis XXVI. ad Arbela dimicari. Neque postremo certum est, quod pag. 396. Scaliger observat, anno illo τοῦ Μεταγειτνιῶνος ἑνουμηνίαν cum Kal. Sept. concurrere, ideoque pro Boëdromione Metagitnionem esse scribendum. Hoc enim ita demum esse verum potest, si iis quae de tetraëteride Attica libro primo disputaverat, assentiri velimus. Quae, cum paulo ante a nobis refutata sint, et anni Graecanici structura magis ad speciem quam ad rei veritatem expressa sit, nihil est quod eas tabulas moremur.

Ibid. A. 5. *Ἐδᾳδούχησαν τὰ μυστήρια.* PETAV. Nam in
409 Mysteriis agon et λαμπαδοδρομία fuit. Statius in lib. IV. Silvius ad Iulium Menecratem.

Tuque Actaea Cerea, curru cui semper anhelo
Votivam taciti quassamus lampada Mystae.

Seneca Hercule Furente:

Tibi multa fide
Longas Eleusi tacita iactabo faces.

Sed et in Hippolyto:

Noa inter aras Atthidum mistam choris
Iactare tacitis consecium sacris iubar,
Nec adire castra precibus aut ritu pio
Adiudicatum praesidem terras Deam.

Ubi multo mihi concinnior elegantiorque versus videtur, si *adiudicatae*, legamus. De Pallade enim loquitur cui adiudicata est Attica. Sed in eodem Actu, vers. 260. aliud longe gravius mendum irrepsit, quod opportune hoc loco corrigemus. Sic igitur Phaedra nutricem alloquitur:

Decreta mors est, quaeritur fati genus
Laqueone vitam finiam, an ferro incubem,
An missa praeceps arce Palladia cadam:
Pro castitatis vindicem armemus manum!

Ita in omnibus plane codicibus vulgo legitur, et quidem in-

eptissime. Quam enim illud, *Pro, castitatis* etc. parum elegans ac venustum! At ego contractis in unam ambabus vocibus, *Procavitatis* iamdudum emendaveram. Nam quia paulo procacius de amoribus suis nutrici confessa fuerat, ubi praeter opinionem resistentem acrius vidit, velut facti poenitentia ductu mortem destinat.

Ibid. A. 6. 7. *Ἐξω τοῦ νεὼ τὰ προτέλεια.* Petav. Ad minora maioraque Mysteria respicit. E quibus horum illa *προτέλεια* fuerunt Clement. Alex. V. Strom. *Οὐκ ἀπεικότως ἄρα καὶ τῶν Μυστηρίων τῶν παρ' Ἕλλησιν ἄρχει μὲν τὰ καθάρσια, καθάπερ καὶ τοῖς βαρβάροις τὸ λουτρόν. Μετὰ ταῦτα δέ ἐστι τὰ μικρὰ Μυστήρια, διδασκαλίας τινὰ ὑπόθεσιν ἔχοντα, προπαρασκευῆς τῶν μελλόντων. τὰ δὲ μεγάλα περὶ τῶν συμπάντων οὐ μανθάνειν ἔτι ὑπολείπεται, ἐποπτεύειν δὲ, καὶ περινοεῖν τὴν τε φύσιν καὶ τὰ πράγματα.* Agit de utrisque accurate Plut. in Demetrio, et Aristoph. Schol. ad Plutum; eaque res multorum est commentariis illustrata. Illud vero perobscurum, nec ab ullo quod sciam explicatum hactenus, fuerintne quotannis instaurata, an certo aliquot annorum circuitu redierint.

De minoribus mysteriis vulgo ita doctissimis viris video esse persuasum, ea Trieterica fuisse; quod ex iis Senecae versibus lib. I. de Emend. Temp. pag. 29. probat Scaliger, ac Delrius noster ad Herculem Oetaeum:

Nos Cadmaeis Orgia ferre
Tecum solitae condita cistis,
Cum tuus pulsu sidere brumae
Tertia soles evocat aestas:
Et spicíferae concessa Deae 410
Altior Mystas claudit Eleusis.

Quibus duo festa describit, quae sub idem tempus incidebant. Prima sunt Liberalia, sive Bacchi Orgia, de quibus in Epithalamio Catullus:

Parce virentia cavis celebrabant Orgia cistis,
Orgia quae frustra cupiunt audire profani.

Nam et cistae in Bacchi sacris praelatae sunt, ut et Cerealibus. Valer. Flaccus lib. II.

aeraque circum
Tympana tuque, et plenas tacita formidine cistas.

Ea Thebis Trieterica fuerunt authore Virgilio IV. Aen.

Qualis commotis excita sacris
Thyas, ubi audito stimulant Trieterica Baccho
Orgia, nocturnusque vocat clamore Cithaeron.

Liberi enim sacra tertio quoque anno innovabantur: ait Servius. Lucanus lib. V. de Parnasso:

Mons Phoebo Bromioque sacer: cui numine mista
Delphica Thebanae referunt Trieterica Bacchae.

Athenis tamen quotannis instaurata sunt, ut in illa κατὰ Νεαίρας indicat Demosthenes: *Διὰ ταῦτα ἐν τῷ ἀρχαιοτάτῳ ἱερῷ τοῦ Διονύσου ἐν Λίμναις ἔστησαν, ἵνα μὴ πολλοὶ εἰδῶσι τὰ γεγραμμένα. ἅπαξ γὰρ τοῦ ἐνιαυτοῦ ἑκάστου ἀνοίγεται, τῇ ἑνδεκάτῃ τοῦ Ἀνθεστηριῶνος μηνός.* Sed cum tria apud Athenienses Bacchanalia fuerint: alia videlicet ἀστικὰ sive *Διονύσια τὰ κατ' ἄστυ*, quae Elaphebolione, hoc est Martio fere mense peragebantur: alia *κατ' ἀγροὺς*, quae in Posideonem sive Decembrem conveniebant, ut ex Hesych. ad Thucydidem planum est. Tertia denique maiora, de quibus Ulpianus Demosthenis interpres ad illam contra Lept. *τοῖς Μεγάλοις Διονυσίοις Ἀνθεστηριῶνος μηνὸς πλείονος γενομένης, δαπάνης εἰς χορηγὸς ἑκάστης φυλῆς καθίστατο.* Anthesterione, inquit, mense celebrabantur, qui Februario atque ex parte Martio respondet. Unde et *Ἀνθεστήρια* apud Hesych. appellantur. Cum haec, inquam, triplicia fuerint Athenis Liberalia, Scaliger de primis, hoc est, *τοῖς κατ' ἄστυ*, Senecam locutum existimat, eademque et Trieterica fuisse, et minora Mysteria nuncupata. Sed in eo primum fallitur, quod de Atheniensium Liberalibus haec accipit, cum de Cadmeis, hoc est, Thebanis, utpote Thebanae mulieres, adeoque Thebis, loquantur. Deinde minora cum illis Mysteria confundit sane, quam imprudenter. Hoc enim duntaxat Poeta voluit, in idem tempus, eundemque fortasse mensem, Dionysia Thebis incidere, in quod minora apud Athenienses Mysteria. Atqui minora Mysteria Anthesterionem mensem occupabant, ut in Demetrio Plut. affirmat, quo eodem mense et maiora Dionysia, sive *τὰ ἐν Λίμναις*, agebantur, ut Thucyd. lib. II. ac Demosthenes citato loco declarant. Quare si ad Atheniensium Liberalia Senecae versus illi quoquo modo pertinerent, ad haec
411 postrema, sive Anthesteria referrentur potius. Quod ne dici posse credamus, ratio temporis prohibet, eo quod de trietericis loquitur Seneca; at Anthesteria annua uti diximus fuerunt. Imo et reliqua quotannis indicta suspicor, nisi contrariam in sententiam idoneum aliquod testimonium adferatur. Minora quidem mysteria trieterica fuisse nihil iste Senecae locus evincit. Ego vero eadem annua potius extitisse, vel ex eo coniicio, quod maiora illa ac primaria quotannis repetita sint. Quod adversus eundem Scaligerum multo nunc est accuratius demonstrandum.

Haec enim, quae et maiora, et *κατ' ἐξοχὴν Μυστήρια* dicta sunt, quinquennalia facit ille lib. de Emend. I. pag. 29. et lib. V. copiosius, ubi de eversis ab Alexandro Thebis agit,

pag. 393. Cuius quidem sententiae velut fundum et authorem profert Tertull. lib. adversus Valentinianos, ubi inter alia ita scribit: *Nam et portas ante quinquennium instituunt, ut opinionem suspendio cognitionis aedificent.* Sed *Epoptas* pro *et portas* rescribit, de quo postea viderimus. Quod vero Suidas contrarium his verbis asserere videtur: *Εποπτεύειν. Οἱ μὲν τὰ Μυστήρια παραλαμβάνοντες, Μύσται καλοῦνται. οἱ δὲ τῷ ἑξῆς ἐνιαυτῷ Εφοροι καὶ Επόπται, Falsum*, inquit, *τῷ ἑξῆς ἐνιαυτῷ. Non enim mysteria erant annua. Imo τῇ ἑξῆς μυήσει, nimirum anno quinto redeunte.* Apud Suidam paulo haec aliter leguntur, quam a Scaligero recitata sunt, nimirum *λέγονται ἐν ἀρχῇ μὲν μύσται, μετὰ ἐνιαυτὸν δὲ Επόπται, καὶ Εφοροι.* Postremo pag. 393. Mysteria scribit perpetuo *et Roëdromionos XX. et secundo anno Olympiadis celebrari solita.*, qui quidem ex eius opinione quartus est Atticae tetraëteridos. Sed mirum quantopere in his omnibus hallucinatus fuerit Scaliger. Primum enim annua fuisse maiora mysteria tam illustribus veterum scriptorum testimoniis efficitur, ut mirum sit sagacissimi hominis aciem haec effugere potuisse. Apud Herodotum lib. VIII. Dicaeus Theocydis F. Atheniensis profugus apud Persas a Demarato interrogatus quid ille sibi ex Eleusine pulvis clamorque vellet, quem subito animadverterat, respondit mystici Iacchi pompam eam videri. *Τὴν δὲ ὁρτὴν ταύτην ἄγουσι Αθηναῖοι ἀνὰ πάντα ἔτεα τῇ Μητρὶ, καὶ τῇ Κόρῃ, καὶ αὐτέων τε ὁ βουλόμενος, καὶ τῶν ἄλλων Ελλήνων, μυεῖται. καὶ τὴν φονὴν τῆς ἀκούεις ἐν ταύτῃ τῇ ὁρτῇ ἰακχάζουσι. Hoc vero festum Athenienses celebrant QUOTANNIS in honorem Cereris, ac Proserpinae. Et his sacris quicunque vult tam Atheniensium ipsorum quam Graecorum initiatur. Eiusmodi autem voces quas exaudis, Iacchum in illo festo personant.* Cum haec tam diserta conceptaque sunt, nulla ut tergiversatio possit eludere, tum Aristidis ille in Eleusinia oratione locus ad idem institutum eximius est. *Πανηγύρεις τοίνυν αἱ μὲν ἄλλαι δι' ἔτους πέμπτου καὶ τρίτου πληροῦνται. μόνη δὲ ἡ τῶν Μυστηρίων παντὸς ἔτους ἐνίκησεν εἶναι. Nam cum reliquae celebritates quinto quoque anno vel tertio peragantur,* SOLA HAEC MYSTERIORUM CELEBRITAS UT QUOTANNIS INSTAURARETUR OBTINUIT. Idem et in Panathenaïco repetit pag. 333. *Πάσαις τοίνυν ταῖς ψήφοις προφέρει τὰ Ελευσίνια. καὶ περὶ μὲν τῶν ἄλλων οὐχ ἡμῶν ὁ λόγος. μόνοι δὲ τῶν Ελλήνων καθ' ἕκαστον ἔτος ποιεῖτε πανήγυριν οὐδεμιᾶς πενταετηρίδος φαυλοτέραν. καὶ δέχεσθε τῷ Ελευσινίῳ πλείους, ἢ ἕτεροι* 412
τῇ πάσῃ πόλει. Ad haec Isocrates in Panegyr. *Δήμητρος γὰρ ἀφικνουμένης εἰς τὴν χώραν ἡμῶν etc. καὶ δούσης*

δωρεὰς διττὰς, αἵπερ μέγισται τυγχάνουσιν οὖσαι, τούς τε καρποὺς οἳ τοῦ μὴ θηριωδῶς ζῆν ἡμᾶς αἴτιοι γεγόνασι, καὶ τὴν τελετὴν, ἧς οἱ μετέχοντες περί τε τῆς τοῦ βίου τελευτῆς, καὶ τοῦ σύμπαντος αἰῶνος ἡδίους τὰς ἐλπίδας ἔχουσιν. οὕτως ἡ πόλις ἡμῶν οὐ μόνον θεοφιλῶς, ἀλλὰ καὶ φιλανθρώπως ἔσχεν, ὥστε κυρία γενομένη τοιούτων ἀγαθῶν, οὐκ ἐφθόνησε τοῖς ἄλλοις, ἀλλ' ὧν ἔλαβεν ἅπασι μετέδωκε. καὶ τὰ μὲν ἔτι καὶ νῦν ΚΑΘ' ΕΚΑΣΤΟΝ ΕΝΙΑΥΤΟΝ δείκνυμεν. τῶν δὲ συλλήβδην τὰς εὐεργεσίας καὶ τὰς χρείας, καὶ τὰς ὠφελείας τὰς δι' αὐτῶν γινομένας ἐδιδάξαμεν. Iam quod secundo Olympiadis anno affixa fuisse mysteria putat Scaliger, peraeque falsum esse ex Livio lib. XXXII. convincitur. Etenim anno quingentesimo quinquagesimo-quarto ab Urbe condita, *(Ita enim legendum pro quadragesimo-quarto)* P. Sulpitio Galba, C. Aurelio Coss. Athenis eiusmodi quiddam accidisse memorat. *Acarnanes duo Iuvenes per Initiorum dies non initiati templum Cereris, imprudentes religionis cum caetera turba ingressi sunt. Facile eos sermo prodidit absurde quaedam percontantes: deductique ad antistites templi, cum palam esset per errorem ingressos, tanquam ob infandum scelus interfecti sunt.* Anno igitur ab V. C. ΙϹΛΙV. Mysteria celebrata sunt. Atqui is annus est Olympiadis CXLIV. primus, sive Iphyti ΙϹΛΧΧVII. Condita enim Urbs est, ut cum Varrone sentit Scaliger, Olympiadis VI. anno III. sive Iphyti XXIII. Periodi Iulianae 3961. Quare annus V. C. 554. in eadem Periodo erit 4514. Unde cum Iphyti primus coeperit Per. Iul. an. 3938. annus Iphyti 577. in eundem Per. Iul. annum incurret, adeoque mysteria non secundo Olympiadis anno, sed primo tribuenda sunt. Accedit, quod mysteria illa quae sub Xerxis transitum ab Herodoto commemorantur, perinde anno primo Olymp. LXXV. contigerint, ut antea necessariis rationibus ostendimus. Suidas vero sane immerito ab Scaligero reprehenditur. Nam et idem Symmachus apud Schol. Aristoph. in Ranis scripserat. *Οἱ δὲ τὰ μυστήρια παραλαμβάνοντες, Μύσται καλοῦνται. οἱ δὲ παραλαβόντες αὐτὰ τῷ ΑΥΘΙΣ ΕΝΙΑΥΤΩΙ ἐφορῶσι τὰ μυστήρια, καὶ ἐποπτεύουσι.* Quinetiam Plutarchus in Demetrio. *Επώπτευον δὲ τοὐλάχιστον ἀπὸ τῶν μεγάλων ἐνιαυτὸν διαλιπόντες.* Neque recte meo quidem iudicio Casaubonus *μικρῶν* pro *μεγάλων* substituit lib. VI. Animad. in Athen. c. XV. Sed Plutarchi locus primum omnium adscribendus est, praesertim cum foedissimo vitio laboret, quod a paucis animadversum, a nemine hactenus sublatum est. Demetrium itaque mandasse Atheniensibus narrat, *ὅτι βούλεται παραγενόμενος εὐθὺς μυηθῆναι, καὶ τὴν τελετὴν ἅπασαν ἀπὸ τῶν*

μικρῶν ἄχρι τῶν Ἐποπτικῶν παραλαβεῖν. τοῦτο δὲ οὐ θεμιτὸν ἦν, οὐδὲ γεγονὸς πρότερον. Ἀλλὰ τὰ Μικρὰ Ἀνθεστηριῶνος ἐτελοῦντο, τὰ δὲ Μεγάλα τοῦ Βοηδρομιῶνος. Ἐπώπτευον δὲ τοὐλάχιστον ἀπὸ τῶν Μεγάλων ἐνιαυτὸν διαλιπόντες. Sed reclamantibus nonnullis vicit tandem Stratoclis sententia. Ἀλλὰ Στρατοκλέους γνώμην εἰπόντος, Ἀνθεστηριῶνα τὸν Μουνυχιῶνα ψηφισαμένους (Corr. ψηφισάμενοι) καλεῖν καὶ νομίζειν ἐτέλουν Δημητρίῳ τὰ πρὸς ἀγοράν. Καὶ μετὰ ταῦτα πάλιν ἐξ Ἀνθεστηριῶνος ὁ Μουνυχιὼν γενόμενος Βοηδρομιὼν ἐδέξατο τὴν λοιπὴν τελετὴν, ἅμα 413
καὶ τὴν Ἐποπτείαν τοῦ Δημητρίου προσεπιλαβόντος. Ex iis Plutarchi verbis cognoscimus non statim a minoribus initiis aditum ad ἐποπτείαν inspectionemque patuisse, sed duplex intervallum fuisse: alterum a minoribus mysteriis ad maiora, hoc est, ab Anthesterione sive Martio ad Boedromionem, qui Septembri fere respondet: alterum a maioribus ad maiora alia, quae vertente anno ἐκ περιτροπῆς redire solebant, ut paulo ante docuimus. De priore interstitio commode accipi posse videntur Suidae verba. Cum enim Atheniensium annus a solstitio aestivo coeperit, qui ineunte vere minoribus initiati fuerant, si autumno insequente maiorum compotes fierent, recte τῷ ἑξῆς ἐνιαυτῷ Ἐφοροι et Ἐπόπται dicerentur. Iam enim alter annus inchoatus erat. Sed amplius tamen quiddam in Symmachi ac Plutarchi verbis animadvertisse mihi videor, de quo altum apud accuratissimos earum rerum scriptores silentium esse video. Cedo enim cum Plutarchus minora mysteria Anthesterione, maiora Boedromione legitime celebrata dixerit, quorsum ista subiunxit, ἐπώπτευον δὲ τοὐλάχιστον ἀπὸ τῶν Μεγάλων ἐνιαυτὸν διαλιπόντες? Finge pro μεγάλων, μικρῶν hic rescribendum, ut Casaubonus existimat, nonne falsissimum est, τοὐλάχιστον, ut minimum, annuum inter utraque spatium interiectum? Neque enim plus semestri spatio intercessit: ac fieri hoc modo nunquam potuit, ut solidus annus interciperetur, siquidem suis ambo illa festa mensibus adhaeserint, ut Plutarchus observat: sed aut sesquiannus, aut anni omnino plures ad consummatam religionem a minoribus elapsi sunt. Velim postrema illa Plutarchi verba prudens lector consideret, πάλιν ἐξ Ἀνθεστηριῶνος ὁ Μουνυχιὼν γενόμενος Βοηδρομιὼν ἐδέξατο τὴν λοιπὴν τελετὴν, ἅμα καὶ τὴν Ἐποπτείαν τοῦ Δημητρίου προσεπιλαβόντος. Ubi duo contra morem peccata demonstrat, quod et in Munychionem maiora mysteria coniecta sint, et iisdem ipsis mysteriis τὴν Ἐποπτείαν, ac τελείωσιν, ut Dionysius Areopag. Graecique Patres loquuntur, obtinuerit. Quasi post minora non subinde ad illa maiora quae proximus Boedromion repraesentabat, admitti fas

esset, sed alia consequentis anni maiora rursus expectanda forent. Hic igitur in mysteriis usurpandis ordo legitimus extitit, primum ut certis expiationibus ac lustrationibus perfuncti, quae καθάρσια Clemens Alexand. vocat, τὰ προτέλεια, sive minora capesserent. Tum Boedromione mense maioribus initiarentur, hoc est, ea duntaxat auditione perciperent, instituerenturque: quod παραλαμβάνειν τὰ Μυστήρια Symmachus appellat, *initiari* vero Tertullianus. Tuncque Mystae nominati, nondum Ἐφοροι vel Ἐπόπται, quod anno altero, vel ut plurimum quinquennio elapso consequebantur, ubi ad arcanorum inspectionem erant admissi. Suidas Ἐποπτεύειν. Διαφέρει Μύστης καὶ Ἐπόπτης. Hinc Naxianz. oratione XXXVIII. et XLII. hominis animam vocat, ἄγγελον ἄλλον, προσκυνητὴν μικτὸν, Ἐπόπτην τῆς ὁρατικῆς κτίσεως, Μύστην τῆς νοουμένης. Atque haec cum luculentissime ille Tertulliani loco, lib. contra Valentin. adamussim congruant,
414 ubi ista sic explicat. *Nam et illa Eleusinia, haeresis et ipsa Atticae superstitionis quod tacent, pudor est. Idcirco et aditum prius cruciant: diutius* INITIANT, *quam* CONSIGNANT: *cum et portas ante quinquennium instituunt, ut opinionem suspendio cognitionis aedificent: atque ita tantam maiestatem exhibere videantur, quantam praestruxerint cupiditatem. Sequitur iam silentii officium. Attente custodiunt, quod tarde invenitur. Ceterum tota in Adytis divinitas, tot suspiria portarum, totum signaculum linguae, simulacrum membri virilis revelatur.* Admonet nos Tertull. antequam consignarentur, hoc est inspectores essent atque Ἐφοροι, prius initiatos fuisse mysteriorum candidatos ac toto quinquennio institutos. Cuiusmodi apud Veteres Christianos erant Catechumeni, qui in sacris quibusdam locis ac mansionibus circum τὰ κυριακὰ, et Ecclesias dispositis, tantisper habebantur, quae Κατηχούμενα Sexta Synodus in Trullo vocat, Can. XCVII. ut ibidem Zonaras explicat. Nisi forte cum Manichaeorum Auditoribus potius comparandi sint, quorum ex ordine se fuisse Augustinus asserit lib. cont. Fortun. aut cum Essenionum disciplinae candidatis. De quorum ritu Porph. lib. IV. περὶ ἀποχῆς. Certe quamprimum initiati fuerant Mystae, ad Eleusinii Templi portas deinceps instituebantur, eaque scilicet audiebant, quae committi iis tuto posse videbantur; quaeque evulgare iam tum atque enuntiare nefas fuit. Quamobrem ad iusiurandum etiam adacti videntur. Unde Iurati dicuntur οἱ μεμνημένοι. in Vet. Inscript. *Iuratus ad sacra Ethruriae* est initiatus. Quod ad Eleusinii templi adytum primae illae magnorum mysteriorum initiationes obitae fuerint, docet Harpocration his verbis, Ἐποπτευκότων,

Υπερίδης ἐν τῷ ὑπὲρ Φρύνης, Οἱ μυηθέντες ἐν Ελευσῖνι ἐν τῇ δευτέρᾳ μυήσει ἐποπτεύειν λέγονται. Quod ex Demosthene ac Philochoro confirmat lib. X. Luculentissimus sane locus, quique ad reconditam hanc mysteriorum religionem eruendam praecipuo nobis adiumento fuit. Neque enim prior illa *μύησις ἐν Ελευσῖνι* de minoribus mysteriis intelligi potest. Quae alibi quam ad Eleusinium templum celebrari oportuit, ut infra docebimus.

Duo interim ex illo Tertulliani loco colligenda sunt. Primum, minime ex eo sequi id quod Scaligero videbatur, quinquennalia fuisse mysteria; sed hoc omne temporis spatium ad mysteriorum institutionem pertinere: ita tamen ut brevioribus nonnunquam rudimentis defuncti, anno vertente compotes voti fierent. Alterum est: haud adeo necessariam esse divinam illam, (sic enim Casaubonus appellat) Scaligeri coniecturam, qui pro eo quod legitur *et portas*, ac paulo post *portarum suspiria*, corrigendum censuit *Epoptas*, atque *Epoptarum suspiria*. In quo illud parum commode, quod Epoptas pro Tyronibus ac nondum initiatis usurpari putat Scaliger. Deinde leviori mutatione restitui potest, si *ad portas instituunt* pro *et portas* scripsisse Tertullianum dixerimus, eo sensu, qui ex superioribus evidens est. Nam et ad Templi portas instituti sunt Mystae, et ad easdem opertaneorum sacrorum desiderio suspirabant.

Nunc de minorum mysteriorum loco disputandum nobis 415
est, idque et ad dictorum fidem operaepretium erit, et ad insignem illam Plutarchei loci emendationem, quam ostendimus, apprime necessarium. Narrat is Demetrium utraque mysteria intempestive praeripientem principio Minoribus initiatum fuisse, quae *τὰ πρὸς ἀγορὰν* nominat, quasi ea in foro peragerentur. Sed vitium in iis verbis atque ulcus *ὕπουλον* subesse recte odoratus est Casaubonus, qui *τὰ πρότερα ἱερὰ*, vel *τὰ πρὸς ἁγνείαν*, vicariam lectionem subiicit. Verum una literula extrita, *Αγραν* lego pro *ἀγοράν*. Est autem *Αγρα* vel Agrae, locus quidam ad Ilissum fluvium, a quo et Diana *Αγροτέρα* dicta. Pausanias Atticis, *Διαβᾶσι δὲ τὸν Ἰλισσὸν, χωρίον Αγραι καλούμενον, καὶ ναὸς Αγροτέρας ἐστὶν Αρτέμιδος.* Ibi minora mysteria ex more celebrata testis est Eustathius ad hunc versum. Il. *β*.

Ἐξ Ενετῶν, ὅθεν ἡμιόνων γένος ἀγροτεράων.

Ἔτι δὲ καὶ Αγροτέρα Αρτεμις, ὡς καὶ ὁ Κωμικὸς δηλοῖ, καὶ ἡ Αγραία παρὰ Πλάτωνι κατὰ Παυσανίαν ἀπὸ χώρας πρὸς τῷ Ἰλισσῷ, ᾧ κλῆσις Αγραι, καὶ Αγρα. οὗ τὰ Μικρὰ τῆς Δήμητρος ἤγετό φησι Μυστήρια, ἃ ἐλέγετο τὰ ἐν Αγρᾶς, ὁμοίως τῷ ἐν Ασκληπιοῦ. Stephanus quoque, *Αγρα*

καὶ Ἀγραι χωρίον ἐνικῶς καὶ πληθυντικῶς. ἔστι δὲ τῆς Ἀττικῆς πρὸ τῆς πόλεως, ἐν ᾧ τὰ μικρὰ μυστήρια ἐπιτελεῖται, μίμημα τῶν περὶ τὸν Διόνυσον, ἐν ᾧ λέγουσι καὶ τὸν Ἡρακλέα μεμνῆσθαι. Idem refert Hesychius et Etymologici author. Addit Suidas et Phavorinus templum illic Cereris fuisse. Ut nihil esse possit hac coniectura nostra et emendatione firmius. Ex qua insuper Aristoph. Schol. redarguas, qui ad Plutum parum considerate scribit, μεγάλα καὶ μικρὰ Μυστήρια ἐν Ἐλευσῖνι ἐτελοῦντο. Falso ut apparet. Non prius a Mysteriis discedam, quam a duplici in eo genere eruditi hominis errore cavendum admonuero. Quorum prior est, quod à maioribus mysteriis peregrinos omnes perpetuo summotos existimat, propterea quod Herculem legerat, peregrinus quod esset, minoribus duntaxat initiatum fuisse. Atque ideo tam illos Senecae locos, quos ante recitavimus, de minoribus interpretatur, quam hunc ipsum Cicer. lib. I. de Nat. Deorum, *Mitto Eleusinam sanctam illam et augustam, ubi initiantur gentes orarum ultimae:* et Aristidis in Panathen. quando docet quotannis maximam multitudinem initiatorum albo adscribi consuevisse. Tu vero sic accipe, olim duntaxat peregrinos exclusos, adeoque Herculis tempore. Postea vulgata haec in omnes communicataque mysteria, Graecos quidem solos initio, ut Herodotus lib. VIII. indicat; post etiam cuiusvis nationis homines. Hinc apud Cicer. in lib. III. de Orat. Crassus refert se in Asia Quaestor cum esset, et inde Athenis decederet, diutius illic morari noluisse, quod mysteria Athenienses referre nollent, ad quae biduo serius venisset. Sed multo id clarius Il. de leg. ostendit. Ubi Atticum ita compellat de mysteriis agens, *Excipis credo illa, quibus ipsi initiati sumus.* Ut Apuleium praeteream, qui in Apolog. iisdem se illis sacris initiatum profitetur. Et quidem Apollodorus lib. II. Bibliothecae, cum de Herculis initiatione loquitur,
416 ἦν δὲ, ait, οὐκ ἐξὸν ξένοις τότε μυεῖσθαι. Notanda vox τότε, quasi mutata demum ratio fuerit.

Alius, et vero cum plerisque communis error est: quod mysteria cum Matronalibus Thesmophoriis quae in Cereris honorem aeque celebrabantur, confundit: et adiicit, eadem Romam postremo translata. Sed frustra est. Longe enim ab iis diversa fuere Thesmophoria proprie dicta (Nam et eo nomine mysteria censentur apud Arnob. lib. V. et complures alios) de quibus Ovid. X. Metam. Macrob. IV. Saturn. c. XI. aliique quos laudat, et Callimachus hymno Cereris. Argumento est quod haec Cerealia tam in Graecia quam Romae nonnisi per Matronas celebrata sunt, quas *Μελίσσας* vocabant. Schol. Pind. ad IV. Pyth. et Lactan. lib. I. c. XXII.

nec viris interesse penitus licuit, ut ex Aristoph. *Θεσμοφοριαζούσαις* liquet. Idemque Romae servatum ex Festo, Cicerone, Livio, l. XXII. Val. Max. lib. I. c. I. aliisque constat. At mysteriis etiam viri, imo praecipue viri interfuerunt. Quid quod et diversus utrisque mensis assignatus est? Mysteriis Boedromion, Thesmophoriis Pyanepsion, qui fere Octobri vel Novembri convenit. Plut. in fine vitae Demost. *κατέστρεψε δὲ ζῶσῃ ἐπὶ δέκα τοῦ Πυανεψιῶνος μηνὸς, ἐν ᾗ τὴν σκυθρωποτάτην Θεσμοφορίων ἡμέραν ἄγουσαι παρὰ τῇ θεῷ νηστεύουσιν αἱ γυναῖκες.* Hoc ipsum tempus hibernum fuisse indicat in *Θεσμοφοριαζούσαις* Aristoph. ubi de Agathone Poeta Thesmophoriorum tempore versus meditante ita loquentem inducit famulum.

Μηδὲν ἰκέτευ'· αὐτὸς γὰρ ἥξειν τάχα,
Καὶ γὰρ μελαποιεῖν ἄρχεται. χειμῶνος οὖν
Ὄντος κατακάμπτειν τὰς στροφὰς οὐ ῥᾴδιον,
Ἢν μὴ προΐῃ θύραζε πρὸς τὸν ἥλιον.

Atqui lib. X. Metam. Ovidius sub aestatem ac messem Cerealia describit. Ita enim canit:

Festa piae Cereris celebrabant Orgia matres,
Illa, quibus niveа velatae corpora veste,
Primitias frugum dant spicea serta suarum.

Sed Romanorum Cerealium rationem habuit, quae ut in Kal. vetere legimus XIII. Kal. Maii celebrabantur. Praeterea Thesmophoriis porcos arcebant, ut Clem. Alex. in Protrept. testatur. Mysteriis vero porco fiebat, et unusquisque pro se mactabat. Schol. Arist. ad Ranas et Acharn. Hinc *χοιρία μυστηρικὰ* eidem Aristoph. Denique Thesmophoria unius Cereris consecrata cultui, ac *νηφάλια*, hoc est abstemia, fuerunt, ut Dionys. loco cit. Plautus Aulul. ac Macrobius testantur. Mysteriorum in communionem etiam Bacchus, sive Iacchus receptus est. Hinc vetus Inscriptio. *Sacrata apud Eleusinam Deo Baccho, Cereri et Corae.* Unde consecratas iis fuisse feminas discimus. Schol. Arist. ad Ranas. *Νίκτωρ δ' ἐτελεῖτο τὰ μυστήρια ὧν τῆς τελετῆς οὐ μόνον χορευτὴς, ἀλλὰ καὶ ἔξαρχος ἦν ὁ Διόνυσος. καὶ μὲν δὴ Διονύσου ἐν Ἐλαιῶνι ἱερόν ἐστι, καὶ ἐν Διονυσίοις ἐτελεῖτο τὰ Μυστήρια.* Nihilominus diversa fuere a mysteriis Dionysia; in quo plerosque aberrasse constat: nec in idem tempus incidebant, niai de 417
minoribus mysteriis accipias, quae Anthesterione una cum maioribus Dionysiis celebrata sunt. Enimvero Eleusinia illa sacra nunquam in Romanam Rempubl. translata locuples testis est Cicero lib. II. de Leg. Ubi cum nocturna sacra tollenda censuisset, *Quid ergo aget Iacchus, inquit, Eumolpidaeque nostri* (For. *vestri*, quanquam sic tanquam initiatus loquitur)

et augusta illa mysteria, siquidem sacra nocturna tollimus? Non enim populo Rom. sed omnibus bonis firmisque populis leges damus. Quibus indicat externa ista sacra fuisse, neque populi Rom. propria, id quod in sequentibus apertius significat. Suetonius in Claudio c. XXV. *Contra sacra Eleusinia etiam transferre ex Attica Romam conatus est.* Non tamen id perfecit. Ideo nonnulli Impp. Athenis initiati, ut Adrianus, autore Capitolino. *Eleusinia sacra exemplo Herculis Philippique susceptit.* Fuisse quidem nonnulla Romae mysteria docet Cicero lib. VI. Ep. ad Att. Ep. 1. *Faciesque me in quem diem Romana incidant mysteria certiorem.* Nec non et lib. V. Ep. XXI. Item lib. XV. Ep. XXIV. *Etiam scribe quo die Olympia, quum mysteria scilicet.* Sed haec ab Eleusiniis diversissima fuerunt. Eaque Bosius sacra illa suspicatur fuisse, quae per illos dies obiri solebant, quibus mundus patebat. Nam quae lib. II. de Emend. pag. 171. Olympiadum mysteria finguntur, ea autorem habent ex antiquis neminem.

Ibid. B. Στέλλε μοι. PETAV. Praemitte, inquit, infantulum, tu qui sol es, velut Luciferum quendam, interim dum tu ad iter te comparas.

AD ORATIONEM VI. NOTAE.

PETAV. Mortuo Ioviano, militum suffragio, Valentiniano Imperii insignia mandata sunt. Qui ubi Constantinopolim pervenit, Valentem sibi in Imperii consortium adscivit, ut ex Ammiano, Aurelio Victore, Zonara, et aliis constat. Utrosque igitur collaudat, iisdemque gratulatur Themistius: tum mutuam amborum fratrum concordiam, amoremque praedicat: ac demum Constantinopolim commendat.

HARDUIN. Cum Themistius orat. XIII. pag. 168. neget a se visum unquam esse Valentinianum seniorem, liquido inde eruitur, hanc orationem nonnisi post discessum Valentiniani ab Urbe CP. et Valentis ex Illyrico, quo fratrem deduxerat, reditu in eandem Urbem, hoc est, circa XVII. Kal. Ianuar. an. CCCLXIV. esse recitatam *).

P. 71. C. 3. Τὴν διάλεκτον τὴν κρατοῦσαν. PETAV. Latinam scilicet, qua usi Imperatores, orat. 10. ὅτι καὶ τῶν λόγων αὐτῶν προτιμοτέρους ἄγεις τοὺς ἡμετέρους τῶν ὁμογλώττων. Ubi ὁμογλώττους λόγους Romanam linguam appellat.

[*) Etiam ex ipsa hoc oratione p. 74 a. patet Themistium solum Valentem praesentem alloqui. REISKIUS.]

P. 72. A. 7. *Ἀνεῶν, ὦ βασιλεῦ.* PETAV. Plura de iis orat. 2. 418

Ibid. D. 6. *Καὶ εἶργε τὸν ἐκ Τυάνων.* PETAV. Domitianum significat, qui Apollonium Tyaneum in vincula conjecit, ac Philosophos omnes urbe submovit. Vide Philostr. in vita Apoll.

P. 73. C. 5. *Τοῦτο δέ φησιν Ὅμηρος.* PETAV. Respexit ad Homericum Hemistichium:

Διὸς δ' ἐτελείετο βουλή.

Quaere forsan verbum illud post *βουλὴ* adiiciendum, *ἣ τοῦ Διὸς βουλὴ ἐτελείετο.*

Ibid. D. 2. *Οὐ χρυσοῦς ἀετοὺς.* PETAV. Imperatorium insigne fuit Aquila aurea. Infra orat. 18. *Καὶ τίνα σημεῖα αὐτοῦ, καὶ γνωρίσματα, ἅτε οὐ χρυσοῦς ἀετὸς, οὐδὲ δράκοντες λεπτῶν ὑφασμάτων etc.* *Γράμματα* vero *πολυτίμητα* existimat Morellius hau esse literas S. P. Q. R. quae vexillis inscribi solerent. Sed de aliis literis accipienda ea verba crediderim: quibus scilicet Imperatoris nomen Labaro erat inscriptum, seu vexillo, quod illius erat proprium, et insigne. Literae porro aureae erant. Quem ad morem allusit Seneca Theb.

Aurea clarum nota
Nomen Ducis vexilla praescriptum ferunt.

Observavit pluribus Lips. 4. de Milit. Rom.

Ibid. D. 6. *Ἀλχα τῶν ὑμετέρων συμβόλων.* PETAV. Interpres de invasoribus Imperii haec accipit. Ego ad Magistratus pertinere suspicor: et *σύμβολα* idem esse ac codicillos, diplomata.

P. 74. C. 5. *Τὸν Καμβύσην.* PETAV. Herod. Thalia.

Ibid. C. 7. *Οἱ τῆς φύσεως.* PETAV. Hoc eo dictum, quod eum plures illi fratres habebant, quodammodo et ipsi multiplices esse videbantur. *ἠνώθησαν* hoc loco perperam erat in Morell. pro quo recte Pantin. *ἐμονώθησαν.*

Ibid. C. penult. *Μικρὸν ὁ Ξέρξης.* PETAV. De Xerxe adeundus Herod. Polyhym. Iustinus lib. 2. Quod ad Seleucum attinet, crediderim illum esse Seleucum cognomento Nicanorem, qui uxorem suam filio concessit. Quare non fraterni sed paterni potius amoris exemplum est. Vide Suid. Plut. Demetrio. De Philetaero nondum mihi certi aliquid liquet. Philetaeri quidem Pergameni Regis meminit Athen. lib. 13. et 15.

Ibid. *Ὁ τοῦ φιλεταίρου.* HARDUIN. De Eumene II. loquitur, ad quem postea iterum orationem transfert, ut et ad Xerxem. Quam ille amice ac benevole erga fratrem se gesserit, vide apud Plutarch. *περὶ φιλαδελφ.* quo ex libro haec tria Xerxis, Seleuci, et Eumenis exempla transcripsit. Philetaeri

porro hunc filium dici idcirco existimo, quod a Philetaero stirpis autore ortum haberet, qui Pergamenorum imperio fecit initium, cum prius eunuchus esset, Lysimachi Thracum Regis thesauris Praefectus in arce Pergamena. Vide Strab. Geograph. lib. XIII.

Ibid. D. 4. *O Μῆδος φεισάμενος.* PETAV. Legendum forsitan *Αρτεμένους* pro *Αριαμένους*, et ad Xerxis historiam
419 redit, quo cum Artemenes frater de regno contendit; qui etsi maior esset natu, tamen privato adhuc patre et matre ortus fuerat. *Cumque hoc certamen concordi animo ad patruum suum Artaphernem, veluti ad domesticum iudicem attulissent, is domi cognita causa Xerxem praeposuit.* Haec Iustinus, qui mox subiicit: *Adeoque fraterna contentio fuit, ut nec victor insultaverit, nec victus doluerit, ipsoque litis tempore invicem munera miserint, iucunda quoque inter se non solum, sed etiam credula convivia habuerint: iudicium quoque ipsum sine arbitris, sine convicio fuerit.* Sed Heredotus Artobazanem fratrem Xerxis appellat, et vivo adhuc Patre, ab eo compositum hoc dissidium narrat.

Ibid. D. 7. *Αιδεται δ' Εὐμενής.* PETAV. Livius lib. XLII.

P. 75. B. 4. *Εἰ μὴ καὶ νῦν τὸ πλέον.* PETAV. Difficillimus hic locus est, nec satis, ut opinor, emendatus.

Ibid. C. 10. *Υπολαβεῖν ἅμα.* PETAV. Morel. *ὑποβαλεῖν ἅμα* etc.

Ibid. D. ult. *Τὸ μὴ χωλεύειν.* PETAV. Contra Ammianus lib. 26. qui Valentem participem quidem legitimum potestatis fuisse asserit, sed in modum apparitoris morigerum.

P. 76. B. 2. *Ισα μὲν ἐδωρήσατο, σύμπαντα δὲ ἔχει.* HARDUIN. Idem de Valentiniano canit Auson. in versibus Paschal.

Talem terrenis speciem spectamus in oris,
Augustus genitor, geminum sator Augustorum,
Qui fratrem natumque pio complexus utrumque
Numine, partitur regnum, neque dividit, unum;
Omnia solus habens, atque omnia dilargitur.

Eo nimirum sensu, ut apparet, Valentis patrem Valentinianum fuisse Themistius ait, quo hunc *geminum satorem Augustorum* appellat Ausonius, Valentis scilicet fratris et Gratiani filii; quippe uterque pariter ab ipso uno Valentiniano non nascendi quidem, sed imperandi traxit initium.

Ibid. B. 4. *Καὶ τοῦ τεθρίππου.* PETAV. Homer. Il. λ.

P. 77. A. 3. *Αναγνωρίσατε τὸν ἀληθινόν.* PETAV. Patrem omnium Deum intelligit: cuius cum filii homines sint, aequum est amore inter se ac concordia colligari.

Ibid. B. 2. *Εἰ μὴ δωρεῶν καὶ δακτυλίων ἐχεγγυώτερον.*

PETAV. Obscurissima isto sunt. Morelliana editio pro δωρεῶν habet ῥᾷον. Sed nihilo tamen ob id sensus expeditior est. Nos commode satis hunc in modum interpretamur. Qui liberos olim suos expunebant, iis crepundia nonnunquam appendebant, et anulos inserebant: quibus postea a suis agnoscebantur. Terent. Heautontim. Actu IV. Sc. I.

Ut stultae et miserae omnes sumus
Religiosae, cum exponendum do illi, de digito anulum
Detraho: et cum dico ut una cum puella exponeret,
Si mororetur, ne expers partis esset de nostris bonis.

Plautus Rudente.

Cistellam istic inesse oportet caudeam in isto vidulo
Ubi sunt signa, qui parentes nescere haec possit suos 420
Quibus cum parva periit Athenis, sicut dixi prius.

Ea σύμβολα et γνωρίσματα vocat Heliod. Aethiop. II. Συνεξέπεσε δὲ αὐτῷ καὶ λίθων ὅρμος, ὃν ἀρτίως ἐπεδείκνυεν, καὶ τινὰ τις ἀπὸ στήθους νήματος ἐξυφασμένη γράμμασιν ἐγχωρίοις, καὶ διηγήσατο τῶν κατὰ τὴν παῖδα κατάστικτος τῆς μητρὸς, οἶμαι, σύμβολα ταῦτα καὶ γνωρίσματα τῇ κόρῃ προμηθουμένης. Gloss. Crepundia γνωρίσματα ἀρχαί. Ut igitur crepundiis et anulis exposititii foetus velut indiciis agnoscuntur: sic homines tam sui ipso rationis, quam corporis figura, velut signo, Dei filios atque inter se germanos esse deprehendimus.

Ibid. *Εἰ μὴ δωρεῶν.* HARDUIN. Legendum, δορείων, id est, monilium sive torquium; quo sensu orat. XI. ζώνας καὶ παραδέραια, καὶ στρεπτοὺς, καὶ ὅρμους πολλοὺς καὶ ποικίλους. pag. 51.

Ibid. D. ult. *Τοῦ δευτέρου κρατῆρος.* PETAV. Secundum Deos scilicet, qui ab summo Deo propagati: a quibus proximus est homo.

P. 78. A. 2. *Ο Βοιώτιος.* HARDUIN. Pindarus Nem. Od. VI.

Ἐκ ἀνδρῶν, ἓν θεῶν γένος, ἐκ
μιᾶς δὲ πνέομεν
μητρὸς ἀμφοτέροι.

P. 79. A. 3. *Τῷ μὲν γὰρ ἢ τῷ χρόνῳ ποτέ.* PETAV. Atqui eam quoque insaniam nonnulli Imperatores insanierunt, ut aeternos se atque immortales esse crederent, appellarique vellent. Ita Ariani Constantium aeternum nominarunt. Athan. lib. de Synodis. *Καὶ αἰώνιον δὲ αὐτὸν βασιλέα εἰρήκασιν οἱ τὸν υἱὸν ἀΐδιον ἀρνούμενοι.* Amm. lib. XV. de Constantio. *Quo ille studio blanditiarum exquisito sublatus, immunemque se deinde fore ab omni mortalitatis incommodo fidenter existimans, consequim a justitia declinavit, ita intemperanter, ut*

aeternitatem meam aliquoties asseverat. Ad haec Tribonianus Iustiniano persuaserat, ὅτι οὐκ ἀποθανεῖται, ἀλλ' εἰς τοὺς οὐρανοὺς μετὰ σαρκὸς ἀναληφθήσεται, ait Suid. Caeterum perperam in hanc editionem irrepsit, ἀμεληθῆναι pro ἁμιλληθῆναι.

Ibid. D. 2. *Καὶ Θάλεια ἐρατεινή.* PETAV. Versus est Hesiod. Theog.

Ἀγλαΐην τε καὶ Εὐφροσύνην, Θαλίην τ' ἐρατεινήν.

P. 80. C. 2. *Τοιοῦτον δέ τι καὶ ἑτέρου.* PETAV. Constantium, ut opinor, intelligit, qui Vetranione Tyranno, cum in potestatem suam redegisset, peramanter usus est.

Ibid. D. *Οὕτως οὐκ ἀντιβλάπτοντα.* PETAV. Plut. in Dione. *Τὸ γὰρ ἀντιτιμωρεῖσθαι τοῦ προαδικεῖν νόμῳ δικαιότερον ὥρισται, φύσει γινόμενον ἀπὸ μιᾶς ἀσθενείας.* Addam elegans illud Senecae dictum 3. de Ira. *At ille ingens animus, et verus aestimator sui non vindicat iniuriam, quia non sentit, etc. Ultio doloris confessio est. Non est magnus animus, quem incurvat iniuria. Aut potentior te, aut imbecillior laesit. Si imbecillior, parce illi: si potentior, tibi.*

Ibid. D. 7. *Καὶ ποιεῖ κυπτόντων.* PETAV. Integer ac sanus hic locus mihi quidem videtur: quem neuter interpres satis expressit. Ita porro accipiendus est. *Qui irascendo se-*
421 *lum, atque ulciscendo, maior est aliis, non erectis, ac stantibus, sed iacentibus, ac perculsis maior est. At ego malim vobis, quam vos metuere.* Quae sententia superiori oratione repetitur, ut et pleraque alia, quae iisdem fere verbis alibi sunt expressa; ut hoc non mediocriter ad coniecturam nostram de huius orationis scriptore faciat.

P. 81. A. 9. *Καὶ δῆτα ἠγάσθην.* PETAV. Non satis haec cum superioribus cohaerent.

Ibid. 6. penult. *Ἀλλ' οἴκοθεν τὸν φοίνικα ἔχεις* *). HARDUIN. Valentinianum fratrem, cui, si Ammiano credimus, *in modum apparitoris moriger semper fuit.* Verum iniquiorem Valentiniano Ammianum esse, qui cum paulummodo legendo triverit, nemo eruditus nescit.

Ibid. D. *Οταν δὲ δὴ καὶ τάς.* PETAV. Senatus Valentiniani ac Valentis Patri statuam decreverat; quem honorem libenter accepit Valens, eoque nomine gratias habuit amplissimo ordini.

P. 82. A. 7. *Αὐτοῦ πεπιστευκότος.* HARDUIN. Verti sic oportuit: *Vestrum interim utroque se iam duplicem et geminum esse factum.*

[*) Inepte Harduinus haec de imperatoris fratre accipit. Agitur de animo et sapientia Valentis. IACOBSIUS.]

Ibid. A. penult. *Τίς οὐκ αἰσχύνεται.* PETAV. Iustinus lib. 2. de Xerxe loquens, et eius fratre. *Tanto*, inquit, *moderatius tum fratres inter se regna maxima dividebant, quam nunc exigua patrimonia partiuntur.*

Ibid. B. penult. *Ἡ Πλαταιεῖς μέν.* PETAV. Historiam narrat Plut. Aristid. et Herod. Calliope. Mox emend. *ὑμῖν τὸ θέατρον.*

Ibid. C. 2. *Καὶ φρονήσομεν.* PETAV. Adde *μέγα.*

Ibid. D. ult. *Ἐκ τῶν ἡμετέρων λιμένων.* PETAV. Male in Morel. erat *λημμάτων.* Licinii classis ad Byzantinum portum naufragio periit. Zos. II. Eo respexit Themistius; atque adeo sic reddendum fuit: *Si enim quia regnum ex nostro portu amplificavit, idcirco tam studiose nos amplexus est, etc.*

P. 83. A. 8. *Τὴν μὲν ἐσχατιάν.* PETAV. Suburbanum Constantinopolis intelligit, ubi Valens a fratre in imperii consortium assumptus. Amm. lib. XXVI.

Ibid. B. 4. *Εἰ ποιοίη τὰ δίκαια προσαιρήσεται.* PETAV. Leg. *προαιρ.*

Ibid. B. 7. *Ὁ μὲν γὰρ ἐφ' οἷς.* PETAV. Licinii historiam attingit, quem *καταχρηστικῶς γαμβρὸν* vocat; cum sororem Constantini Constantiam duxisset. Et eo quidem ad Byzantium debellato, Urbem ipsam in potestatem redegit. Zosim. lib. 2.

Ibid. B. ult. *Προελέσθαι τὸν κοινωνήσαντα.* PETAV. Leg. *κοινωνήσοντα.*

Ibid. C. 7. *Καθάπερ σώματος.* PETAV. Byzantii situm, eiusque opportunitatem accuratissime describit Polybius lib. 4. Herodianus item lib. 3.

Ibid. C. 11. *Ὁρμος τις ἐν χρείᾳ.* PETAV. Leg. ut in Morel. *τῆς ἐν χρείᾳ* mare *τὸ ἐν χρείᾳ* est quod commerciis hominum patet. Paulo post scribe *τῆς πλωίμου.*

Ibid. D. 7. *Μέσω ποιεῖ τῆς ὅλης ἀρχῆς.* PETAV. Plane *ἐν μεσογείῳ*, contractis in unam duabus vocibus, legendum.

AD ORATIONEM VII. NOTAE. 422

PETAV. Valentiniano ac Valente nuperrime ad Imperii fastigium profectis, eodem tempore acerrimis turbinibus Oriens pariter atque Occidens quassatus est. Et in Oriente quidem Procopius insigni genere in Cilicia natus, et educatus, Iuliani Imper. propinquus, qui Notarius ac Tribunus fuerat, Constantinopoli repente coortus tyrannidem arripuit, militum

copiis confisus, quos a Valente evocatos, atque in urbe commorantes per emissarios quosdam ad sese pertraxerat. Ad cuius rei nuntium excitus Valens, qui tum Caesareae Cappadocum erat, magnis itineribus adversus eum tetendit: cum interim perturbare omnia Tyrannus, ac permiscere Constantinopoli, multosque Principes in custodiam dare: donec suorum fraude destitutus, et in Valentis potestatem redactus, miserrimo exitu perfidiae ac temeritatis suae meritas poenas luit: sive abscissa cervice, ut Ammianus tradit; sive duabus adductis atque inflexis arboribus alligatus, itaque discerptus, ut Zonaras, Cedrenus, atque Histor. Eccles. scribunt. Post victoriam in Tyranni fautores atrocissime saevitum est. Nam ut omittam caetera; duo illi, qui Valenti Procopium tradiderant, Angelus, et Gomares serra dissecti sunt: ut ait Cedrenus. Quanquam Ammianus Florentium, et Barchalbam appellatos memorat, ac nihil aliud quam interfectos fuisse prodit. Sed eruditus adulator Themistius eiusdem clementiam, atque in sontes, ac noxios humanitatem extollit hac Oratione. In qua principio consilii sui causas aperit: cur tam sero ad collaudandum Imperatorem prodierit, quidve antequam id ageret, utpote prudenti ac Philosopho homini, propositum esse debuerit. Tum illius flammam, atque atrocitatem temporis, ac Tyranni saevitiam exaggerat; at ex adverso legitimi Principis mansuetudinem, ac clementiam: a quo postremo nonnullis qui in squallore ac calamitate erant, veniam precatur. Procopii historiam accurate prosequitur Ammianus lib. 26. Sozomen. Socrates, Orosius, Zosimus lib. IV. Zonaras, Cedrenus, etc.

P. 84. B. penult. *Οὐ παραχρῆμα.* HARDUIN. Rationem reddit cur non statim obviam Imperatori de Procopio triumphanti gratulaturus prodierit. Devictus autem est Procopius Gratiano NB. et Dagalaipho Coss. hoc est an. CCCLXVI. VI. Kal. Iun. ut habent Idatiani fasti, vel XII. Kal. Iul. ut Chron. Alex. Quare in anno CCCLXVII. reiici commode haec oratio potest.

Ibid. C. 4. *Ωσπερ δανείσματος.* PETAV. Forte, *ἐπεὶ δανείσματος.*

Ibid. C. 10. *Σοφώτερον καταστῆσαι.* PETAV. Corrig. *σαφέστερον.*

Ibid. D. 2. *Κατὰ τὴν Θηβαίαν λύραν.* HARDUIN. Pind. Olymp. Od. VI.

Αρχομένου δ' ἔργου πρόσωπον
Χρὴ θέμεν τηλαυγές.

423 Hanc sententiam citat Nazianz. in laudem Basilii, et Lucian. in Hippia seu balneo, ubi legitur *ἀρχομένους*, quod magis

probarem, ut esset haec constructio, *χρὴ δὲ ἀρχομένους τοῦ ἔργου, πρόσωπον θέμεν τηλαυγές.* Ita Cic. 2. de Orat: *Prima commendatio orationis est in principio quod continuo debet allicere.*

P. 85. B. 10. *Καὶ νῦν καὶ τῶν ἡμετέρων.* PETAV. Duae actionum nostrarum principia constituit. Quorum unum in arbitrio, ac voluntate positum est hominis. Alterum in externis rebus, ac fortuna situm. Ex quo consequens est humanas actiones aut ad alterum e duobus, aut ad utrumque esse referendas. Quare ita formanda ea lectio videtur. *Ἐπισκοποῦντι ἔν τι τῆς ἑτέρας μερίδος ἢ τῶν ἀμφ.* etc. Caeterum de actionum humanarum principiis, tam quae in nostra potestate sunt, quam quae extrinsecus petuntur, exquisite disserit Aristoteles I. Rhet. c. 10.

Ibid. D. 7. *Εἰδὼς ὅτι πολλοί.* PETAV. Ad eandem sententiam pluribus disputat Cic. orat. pro M. Marcello.

P. 86. A. 1. *Τροπὰς ταλαντεύει.* PETAV. Vor. *ῥοπάς.* Ideoque potestatem utriusque vocis exprimere volui.

Ibid. A. 9. *Καὶ ἐκ τοῦ μόνου.* PETAV. Pro τοῦ rectius est *σοῦ.*

Ibid. A. antepen. *Ὁ γὰρ πολλάκις ὥσπερ.* PETAV. Parum haec sincere, atque adulatorie dicta. Constat enim Valentem mirum in modum perculsum, ac consternatum fuisse. Ammianus. *Dum haec aguntur atrocitate nuncii Valens perculsus, iamque revertens per Gallograeciam, auditis apud Constantinopolim gestis, diffidenter incedebat, et trepide: ac repentino pavore viae providendi turbante consuque desponderat animum, ut Augustos amictus abiicere, tanquam gravem sarcinam, cogitaret.* Vide Zosim. lib. IV.

Ibid. B. *Καὶ οὐ μόνον τῶν πολλῶν.* PETAV. Idem Ammianus. *Post quae ita eventu laetiore completa, Araxium exambita regia Praetorio Praefectus accessit, velut Agilone genero suffragante: aliique plures ad Aulae varios actus, et administrandas Provinciae sunt admissi: quidam inviti, alii ultro semet offerentes cum praemiis,* etc. Subdit mox de militibus execrationibus diris adactis in verba Procopii.

Ibid. C. *Ἐκ τοῦ μέλανος, καὶ καλαμίδος.* PETAV. Quae Scribarum ac Notariorum insignia. In Anthol. Epigr. lib. 6. c. 26. Paulus Silentiarius:

Καὶ χρόνιον γλυπτοῖσι μέλαν πεφυλαγμένον ἄντροις,
Καὶ γλυφίδας καλάμων ἄκρα μελαινομένων.

Sed calamos ferreos intelligit. Nam in 2. versu dixerat.

Καὶ σκληρῶν ἀκόνην τριγαλέην καλάμων.

Unde *δόναξ*, id est calamos proprie dictos subiicit.

Καὶ πλατὺν ὀξυντῆρα μεσοσχιδέων δοναχήων.

Quanquam, ut ingenue fatear, *καλαμὶς* non tam pro calamo, quam pro theca ipsa calamaria sumitur. Hesych. *γραφείων θήκην* exponit. Pollux quoque lib. 10. c. 14. a graphio separat. *τῷ δὲ παιδὶ δέοιτ' ἂν προσεῖναι γραφεῖον, παραγραφίδα, καλαμίδα, πυξίον.*

424 Ibid. C. 3. *Ολεθρος ἐξ ὀλέθρων.* HARDUIN. Vetus Proverbium, de quo Zenob. et Hesych. *Κιλίκιος ὄλεθρος.* Quo pertinet illud Suidae, *Τρία κάππα κάκιστα, Καππαδοκία, Κρήτη, καὶ Κιλικία.* Erat autem Procopius Cilix. Quod porro sequitur, *ἐκ τοῦ Κιλικίου Κωρύκου*, eundem Procopium significat, *nocturnum praedonem*, ut habet Idat. in fastis, *hostemque publicum* extitisse. *Est enim Corycus*, inquit Suidas, *Pamphyliae promontorium, iuxta quod urbs Attalia; cuius urbis cives latronibus renunciabant, quinam illuc mercatores accessissent, quid veherent, qua navigarent: accipiebant autem postea praedae partem.* De situ Coryci montis errare Suidam puto; nam Ptolemaeo, Straboni, Plinio, et Stephano, Ciliciae promontorium est et antrum. Itaque *ex Cilicio Corycio* dictum ab eo existimo, ut *τῶν συμπατριωτῶν Κιλίκων*, inter quos famosi *οἱ Κωρυκαῖοι*, imitatorem Procopium exprimeret.

Ibid. C. 5. *Ἐκ τῶν πυγέων ἀναδύς.* PETAV. Ingens in eo loco Librarii cacitantia fuit, dum *μέτρον* pro *ἄντρων* scripsit. Quare sic lectionem concipe *ἐκ τῶν πυγ. ἀναδὺς καὶ ἄντρων.* Alioqui quae tandem esse sententia poterit? Cilicia antra apud Scriptores celeberrima sunt, in quibus Typho natus atque educatus dicitur. Aeschylus Promethee.

Τὸν γηγενῆ τε Κιλικίων οἰκήτορα
Ἄντρων ἰδὼν ᾠκτειρα, δαΐων τέρας
Ἑκατονταχάρηνον, πρὸς βίαν χειρούμενον
Τυφῶνα θοῦρον.

Scholiastes vero, *ἰστέον δὲ ὅτι ἐν Κιλικίᾳ μὲν ἐγεννήθη ὁ Τυφὼς, ἐκολάσθη δὲ ἐν Σικελίᾳ.* Pindari Pyth. IX.

Τυφὼς ἑκατονταπάραυος,
Τόν ποτε Κιλίκιον θρέψεν πολυώνυμον ἄντρον.

Unde et Cilix a Nonno dicitur Dionys. I.

Ὅπλα Διὸς νιφόεντα Κιλιξ ἔκλεψε Τυφωεύς.

Nam *τυφωεὺς*, *τυφὼς* et *τυφὼν* pro eodem usurpantur: licet priora duo frequentiora sint cum pro Typhone Gigante accipiuntur: *τυφὼν* vero pro turbine, ac procella. Tamen et *τυφὼν ὁ λεγόμενος χειρωνωθῆναι ὑπὸ τοῦ Διὸς*, apud Suidam. Haec paulo diligentius ideo excussi, quod facem mihi ad hunc Themistii nostri locum praeferant. Nunc enim animadverto ad Gigantem illum Theomachum alludisse Themistium, qui aeque ut Procopius e Cilicia ortum acceperat. Nec turbinem hic aut procellam reddi, sed Typhonem oportere.

Ibid. C. 7. *Τινὲς τὸν Κρίξον.* PETAV. Syn. de Regno: *Ἐν Γαλλίᾳ μὲν οὖν Κρίξος καὶ Σπάρτακος ὁπλοφοροῦντες ἀδόξως, ἵνα θατέρῳ γένωσιν τοῦ δήμου Ῥωμαίων καθάρσια, ἐπειδὴ δραπετεύσαντος τοῖς νόμοις ἐμνησικάκησαν, τὸν οἰκετικὸν κληθέντα πόλεμον συνεστήσαντο, βαρυσυμφορώτατον ἐν τοῖς μάλιστα πᾶν τότε Ῥωμαίων γενόμενον.* Quem locum ut emendarem, exscripsi. Nec enim uno vitio laborat; tametsi in recenti nostra Synesiana editione nihil admonuerim. Primum enim quod ait in Gallia gladiatores istos facinus illud aggressos, falsum est, cum Capuae in Campania istud acciderit. Leg. igitur *Ἰταλίᾳ*. Apud Appianum lib. II. Civ. simili depravatione locus infectus est, ubi *Θετταλῶν* pro *Ἰταλῶν* irrepsit; *προσέτασσε Πομπηΐῳ τρισκαίδεκα μυριάδας Θετταλῶν ἀγείρειν.* Corrig. *Ἰταλῶν*. Alius error est in postremis verbis *Ῥωμαίων γενόμενοι*, quae in *Ῥωμαίοις* mutanda est. Quod ad historiam spectat, narrat eam Plut. in Crasso, ubi et *ἔκ τινος ὀπτανείου* (ait) *κοπίδας ἁρπάσαντες, καὶ ὀβελίσκους ἐξεσπάσαντες· ἐντυχόντες δὲ κατὰ τὴν ὁδὸν ἁμάξαις ὅπλα κομιζούσαις μονομάχων εἰς ἑτέραν πόλιν, ἀφήρπασαν καὶ ὡπλίσαντο.* Vide Florum lib. III. c. XX. Velleium lib. II. Eutropium lib. VII. Legendum vero est *δημοσιωνῶν*. Ita vocant gladiatores publicum ad spectaculum emptos. 425

Ibid. D. 5. *Οὐ μόνον πρεσβύταις.* PETAV. Frustra est qui *Σφραγηγοὺς Duces* interpretatur. Scribe *Πρεσβευταῖς*, hoc est, Legatis. Nimirum Spartacum ait non modo Legatis, sed et Praeteribus, atque adeo Coss. et Impp. terribilem fuisse. Lege historiam illius belli: invenies anno V. C. DCLXXXI. Claudium Pulchrum Legatum, et P. Varinium Praetorem ab illis esse superatos. Epit. Livii XCV. Plutarchus Clodium non Legatum, sed Praetorem appellat, ut et Eutropius: apud quem in quibusdam editionibus legitur, *Clodii Praeconis*, pro *Praetoris*. Anno sequenti Consules L. Gellius et Cn. Lentulus ambo victi, ut ait Eutropius. Cuius interpres Pacanius *occisos fuisse Cos.* male Graece reddit: Victus et Q. Arrius Praetor. Vide Appianum, et Plutarch. qui Gellium Consulem prospere cum Spartaco pugnasse scribit: Postremo a Crasso Praetore (Eutropius, Proconsule, ac Pacanius male admodum *χειροτονηθέντος ὑπάτου*) et Cn. Pompeio, anno DCLXXXIII. profligati sunt.

Quod hic utrumque Consulem audis adversus Spartacum ab Urbe profectum, conferri debet cum eo quod lib. I. Civil. a Caesare scribitur: qui locus profecto difficillimus, iamdudum negotii mihi plurimum fecit. Sic igitur ille, cum de trepidatione Senatus sub adventum suum loquitur: *Consules, quod ante id tempus acciderat nunquam, ex Urbe proficiscuntur.*

Atqui falsum dicere videtur, idque sexcentis in Historia Romana exemplis refellitur. Quoties enim ambos ad bellum profectos Coss. legimus ac nonnunquam etiam caesos? Quid quod et Cicero lib. VIII. ad Att. Epist. XXIII. hac ipsa de re scribens (ut ad Caesarem Hotom. observat) plane contrarium indicat? *Ipsi Coss.* inquit, *quibus more maiorum concessum est vel omnes adire provincias, aut Legati sunt eorum*, etc. Est ea sane impedita quaestio. De qua mihi ita constituendum videtur. Praeter morem et usum antiquitatis acciditse, non quod ambo simul egressi sunt Coss. quod, ut docuimus, vulgare olim exstitit, sed quod sine Lege Curiata, necdum impetrato a Pop. Rom. Imperio sunt profecti. Paulo enim ante scripserat. *In reliquas Provincias Praetores mittuntur, neque expectant, quod superioribus annis acciderat, ut de eorum Imperio ad populum referatur.* Quae quidem sic interpretor, ut Praetores ambo sine Curiata Lege profecti sint. Id quod et alias nonnunquam acciderat. Nam absque Curiata Lege proficisci quidem in Provincias poterant, sed suis sumptibus nullaque ex aerario attributa pecunia: quod pluribus disputat Sigonius lib. III. de Iure Provinc. c. XI. At Consules
426 nunquam antea sine Curiata Lege in Provincias abierant. Itaque haec posteriora *quod ante id tempus acciderat nunquam* prioribus illis ex adverso respondent, *quod superioribus annis acciderat.* Alioqui haud absurde fortassis existimari potest, haec verba *quod ante id tempus acciderat nunquam*, suo loco mota esse, cum Caesar ita scripsisset. *Consules ex Urbe proficiscuntur: Lictoresque, quod ante id tempus acciderat nunquam, habent in Urbe et Capitolio privati.*

Ibid. D. ult. *Αἴτιον δὲ ἦν τηνικαῦτα.* PETAV. Hoc ad Crixum et Spartacum refero. Quorum non tam virtute factum asserit, quam emissariorum calliditate ac nequitia, ut ad illos se Italia omnis adiungeret. Id quod et in Procopiana illa tempestate contigit.

P. 87. A. 9. *Καὶ πάνυ μεγάλην.* PETAV. Forte, *οὐ πάνυ.*

Ibid. A. penult. *Ἀλλ' οἱ πῦρ πνέοντες.* PETAV. Rem gestam describit pluribus Ammian. lib. XXVI. Valens cum Procopium videret, Constantii filiam parvulam cum matre Faustina lectica circumferentem, exercitum in fide continere, Arbitionem quendam ex Constantii Ducibus evocavit. Qui Procopii milites appellans, ad sese perpulit. Itaque levi praelio conflato pila quatientes et gladios, ad Imperatorem transeunt, cum vexillis scuta perversa gestantes, quod defectionis signum est apertissimum.

Ibid. B. *Οἱ τὴν Κύζικον αὐχοῦντες.* PETAV. Cyzicus a

Procopio per Marcellum Ducem expugnata: in eaque comprehensus Serenianus, et postmodum interfectus est. Zosimus lib. IV. Quo successu mirum in modum extulit sese. *Τούτῳ τῷ προτερήματι Προκόπιος ἐπαρθεὶς δυνάμεις τε κατὰ βραχὺ περιεποιεῖτο, καὶ ἦν ἤδη κατὰ τῶν πολλῶν δόξαν ἀξιόμαχος τοῖς βασιλεῦσι.* Idem habet Ammianus lib. XXVI.

Ibid. B. 4. *Καὶ τοὔνομα ἀντὶ τῶν.* PETAV. Hoc est, armis positis tuum nomen appellabant, eoque se armorum vice protegebant. Gomario id authore factum altero ex Procopii Ducibus, qui in acie ipsa *τὴν Αὐγούστου προσηγορίαν ἀναβοήσας, ἅπαντας σὺν αὐτῷ τὴν αὐτὴν ἀφιέναι φωνὴν ἔκ τινος ἐποίει συνθήματος. οὗ δὴ γενομένου μετεχώρουν ἅπαντες οἱ Προκοπίου στρατιῶται πρὸς Οὐάλεντα*, ait Zosimus. Quod sequitur: *ὀψὲ σὺν πόνῳ δὲ*, labe infectum est. Pro *σὺν πόνῳ*, haud absurde *συντόμως* legas. Sero quidem, sed repente, ac citra moram ad saniorem mentem revocatos asserit.

Ibid. B. 6. *Τίς οὕτω παρ' Ομήρῳ.* PETAV. Apollo scilicet Patroclum Il. *π'*.

Στῆ δ' ὄπιθεν, πλῆξεν δὲ μετάφρενον, εὐρέε τ' ὤμω
Χειρὶ καταπρηνεῖ· στρεφεδίνησθεν δέ οἱ ὄσσε, etc.

Ibid. C. *Ηροδότῳ τῷ συγγραφεῖ.* PETAV. Herod. Melpom. Iustin. lib. II.

Ibid. D. penult. *Οὐ μόνος Πλάτων.* HARDUIN. Lib. IV. Politic. *Οὐκ οὖν τῷ μὲν λογιστικῷ ἄρχειν προσήκει σοφῷ ὄντι καὶ ὑπὲρ ἁπάσης τῆς ψυχῆς προμήθειαν, τῷ δὲ θυμοειδεῖ ὑπηκόῳ εἶναι*, etc.

P. 88. A. 1. *Ἀλλὰ προλαβοῦσα.* PETAV. Malim *προσλαβοῦσα*. Appellationes hae Principum usitatae, Pius, Clemens, etc. Militum vero, fortes, fortissimi. Adde his Legionum nomina, Rapax, Fulminatrix, etc. 427

Ibid. A. 4. *Ὑμᾶς μὲν εὐσεβεῖς.* HARDUIN. Frequens in nummis tum Asiae Syriaeque Regum, tum Impp. Rom. *τοῦ εὐσεβοῦς*, et Pii nomenclatio. Caesaribus porro tributum illud cognomentum liquet ex eorum nummis, vel pro religione erga Deos, ut Antonino, si Pausaniam sequimur; unde instrumenta sacerdotalia, paterae, arae, aut templa depingi solita, cum inscriptione, PIETAS AUG. vel, quod frequentius occurrit, pro insito amore in liberos, parentes, senatum, subditosque omnes. Unde factum etiam ut sequiori aevo inter propria Imperatorum epitheta, *Pietas*, sicut *Mansuetudo*, *Clementia*, aliaeque id genus, sit recepta; unde Theodoricus ad Imp. Anastasium scribens, *ad serenissimam*, ait, *Pietatem vestram*. Ioannes Antioch. Antonino ait Pii cognomen a simplicitate morum adhaesisse. Verum si Marcum Antonini generum audimus, PIUS quasi Clemens, *φιλάνθρωπος*, dictus est.

Haec, Clementia nempe, *Caesarem Deum fecit, haec Augustum consecravit, haec Patrem suum* (Faustinam allequitur) *imprimis PII nomine ornavit.* Quo certe respexit Claudian. in IV. Cons. Honorii:

Sic PIUS imprimis, nam cum vincamur in omni
Munere, sola Deos aequat Clementia nobis.

Ibid. B. 9. *Καδμεία νίκη.* PETAV. Vide Pausaniam Boeot. et Suidam, et Eustath. Il. δ. Prudenter admodum idem praeceptum inculcat Polyb. lib. IX. *Ἰδεῖν γοῦν ἐστι πολλάκις τοὺς μὲν ἤδη δεχοῦντας πεπροτερηκέναι μετ' ὀλίγον τοῖς ὅλοις ἐσφαλμένους. τοὺς δὲ ἐν ἀρχαῖς δάξαντας ἐπταικέναι, πάλιν ἐκ μεταβολῆς παρὰ τὴν αὐτῶν ἀγχίνοιαν τὰ ὅλα παραδόξως κατωρθωκότας.*

Ibid. C. 4. *Ὁ Θηβαῖος Ἐπαμινώνδας.* PETAV. Plut. Apopht.

Ibid. D. *Οὔ γε καὶ Πῶρον.* PETAV. Forte, ὅσγε. Vide Plut. Alexandro.

P. 89. A. 5. *Μειλιχίως μεῖναι.* PETAV. Verbum μεῖναι sententiae officit. Forte, μὴ πρὸς, etc.

Ibid. B. 8. *Πρᾶξις ἀλλότριων.* HARDUIN. Supplenda particula negativa, *οὐκ ἀλλότριων.*

Ibid. C. 2. *Ἐπεὶ οὖν τοῖν δυοῖν.* PETAV. Obscurus, ac mea quidem sententia mutilus hic locus. Utcunque sic explicari potest; ζηλωτὸς idem est ac μακαριστός, qui scilicet beatus existimatur. Est autem ζηλωτὸν boni quidpiam ab aliquo accipere: Dare multo praestantius, ac divinius. Itaque ζηλωτὸν ait esse Porum, qui talem preces concepterit, Alexandrum autem divinum. Verum sententiae, ut modo dixi, integritatem praestare admodum nolim.

Ibid. D. 1. *Καὶ τῶν Ἑλλήνων ἀρχηγίτας.* PETAV. Deest hic aliquid, ut ea quae sequuntur, cum superioribus cohaereant. Ad eam vero Salom. sententiam quae est Proverb. XXI. *Cor regis in manu Domini*, alludit Athanasius Epist. de Fide ad Iovinianum. *πρέπουσα θεοφιλεῖ βασιλεῖ προοίμιος καὶ πόθος τῶν οὐρανίων. οὕτω γὰρ ἀληθῶς καὶ τὴν καρδίαν ἔξεις ἐν χειρὶ τοῦ θεοῦ.*

428 P. 90. B. *Οὐδὲ ἐπηρέτης ποτέ.* PETAV. Deest ὃς ante οὐδέ. Cum his porro quae de Procopio hic scribuntur consentit Ammian. *Excessit*, inquit, *e vita Procopius anno XL. amplius mensibus X. corpore non indecoro, mediocris staturae, subcurvus, humumque intuendo semper inedens per morum tristium latebras, illius similis Crassi e quem in vita semel risisse Lucilius affirmat, et Tullius, et quod est mirandum, quoad vixit, inventus.*

Ibid. B. 7. *Καίτοι Φύλαρις.* PETAV. Aristomachi Argi-

vorum Tyranni mentio fit apud Polybium lib. 2. Plut. Arato. Athen. 6. Pausaniam Corinth. Quem Arati consilio deposita tyrannide, Argos Achaeorum communi contribuisse narrant. Apollodori item Cassandriae tyranni meminit idem Pausanias Messen.

Ibid. C. 7. *Θεῖαι δυνάμεις ἐπ' ἀγαθῷ.* HARDUIN. De divinis mentibus ad hominum utilitatem e coelo delapsis, hausit haec Themistius, ut alia plurima ex Platone in Convivio. Senec. Ep. CX. *Crede unicuique nostrum paedagogum dari Deum, non quidem ordinarium, sed hunc inferioris notae, ex eorum numero, quos Ovidius ait*, de plebe Deos. Quae porro laudat Themistius ex Hesiodo, haec sunt, in lib. *Εργων*, vers. 121.

Τοὶ μὲν δαίμονές εἰσι Διὸς μεγάλου διὰ βουλὰς,
Εσθλοὶ, ἐπιχθόνιοι, φύλακες θνητῶν ἀνθρώπων·
Οἵ ῥα φυλάσσουσί τε δίκας καὶ σχέτλια ἔργα,
Ἠέρα ἑσσάμενοι, πάντα φοιτῶντες ἐπ' αἶαν
Πλουτοδόται.

P. 91. A. 7. *Καὶ οὐδ' ἂν εἰς Δία.* PETAV. Otiosam particulam εἰς expunge: pro *κωμῳδία* insuper *ῥαψῳδία*, Henr. Steph. reponit.

Ibid. A. 10. *Εργαστήριον τοιχωρύχων.* PETAV. *Εργαστήριον* hoc loco pro ergastulo accipiendum reor. Gloss. vet. *Ergastulum*, *Εργαστήριον*. Utraque porro vox non modo pro loco, sed etiam pro damnatis ipsis ac vinctis usurpari solet, ut et custodia.

Ibid. A. 11. *Κἄπειτα μεσούσης.* PETAV. Nam milites ac Ducas Constantinopoli relicti in Procopii studium consenserant, societate coita nocturna, ait Ammianus.

Ibid. B. 2. *Οἱ δὲ τῶν σκιμπόδων.* PETAV. *Σκίμποδες* hic lectuli sunt, ut alias saepe, non subsellia, ut quidam interpretatur. Sic apud Gellium lib. 19. cap. 10. *Offendimus eum vabantem in scimpodio Graeciensi.* *Ξύλα* porro nervum reddidimus, quod est vinculi genus. Gloss. *Nervus ξυλοπέδη.* Prudent. V. *περὶ στεφα.*

Lignoque plantas inserit
Divaricatis cruribus.

Ibid. B. 4. *Ἀρχαὶ δὲ αἱ μέγισται.* PETAV. Ammianus, *Confestim Nebridius in locum Sallustii Praefectus Praetorio, factione Petronii recens promotus, et Caesarius Constantinopolitanae Urbis Praefectus in vincula compinguntur.* Sane Praefectorum Praetorio dignitas post Imperatoriam proxima dicitur a Zosimo lib. 2. *ἡ γὰρ τῶν Ὑπάρχων ἀρχὴ δευτέρα μετὰ τὰ σκῆπτρα νομιζομένη.*

Ibid. B. 8. *Τοὺς τῶν Ἑλλήνων κατασκόπους.* PETAV. 429

Ita excudendum curavimus pro *κατασκόποις*. Intelligit autem Diomedem, et Ulyssem.

Ibid. C. *Επόμπευεν ἐκ βαλανείου*. PETAV. Ex Anastasianis balneis. Quem illius egressum atque pompam describit Ammianus.

Ibid. D. 3. *Εξωθεν προκαθημένων*. PETAV. Valente eiusque Ducibus.

Ibid. D. 4. *Εἶτα ἐπέσειε τὰ χαλεπώτερα*. PETAV. Ammianus. *Attentissima cura Procopius in dies agitabat et noctes, subditivos quosdam ostentans qui astutia confidenti partim ab Oriente, alii e Galliis se venisse, et Valentinianum obiisse fingentes, cuncta patere novo et favorabili Principi memorabant.*

P. 92. A. 6. *Οὐ δεδεμένους, οὐ σιωπῶντας*. PETAV. Forte, *διαλεγομένους*.

Ibid. A. penult. *Καὶ τὴν μὲν σεμνήν*. PETAV. Quae sequuntur, pessime, ut opinor, affecta sunt, nec sine subsidio veterum sanari possunt. Hoc sibi videtur velle. Procopium duorum annorum tributa unum in mensem coniecisse; non ita ut solummodo legitimum tempus anteverteret; quemadmodum olim Nero in Olympicis ludis fecerat, sed ita ut uno eodemque mense tributa duorum annorum impetraret. Suetonius Nerone c. XXIII. *Certamina deinceps obiit omnia. Nam et quae diversissimorum temporum sunt, cogi in unum annum quibusdam etiam iteratis iussit.* HARDUIN. De Nerone, vide Philostr. lib. V. de vita Apollonii c. II.

Ibid. B. penult. *Ὑπὸ τοῦ Κωνσταντίνου*. PETAV. Procopius, quo sibi omnium animos facilius conciliaret, Constantini cognationem praetendebat, ac Iuliani, ait Ammianus.

Ibid. C. 3. *Τοῖν δὲ ἀρχόντοιν*. PETAV. Qui sint illi duo sive Magistratus, sive Principes, exploratum nihil habeo. Horum quidem alter Valentinianus esse potest Imperator: quem obiisse Procopianae partis studiosi fingebant. Amm. lib. XXVI. De altero videndum sitne Constantinus ipse, qui cum mortuus esset, tamen redivivus quodammodo in Procopio putabatur.

Ibid. C. 3. *Τοῖν ἀρχόντοιν*. HARDUIN. Calamitatem civium CP. sub Procopii tyrannide exaggerat, quo maius deinde beneficium libertatis ac salutis appareat. Premebatur, inquit, ingentibus malis urbs Regia, quae fato venerat in Procopii ditionem. Tum vero exitiosa et lacrymabilis quaedam peragi fabula videbatur. E duobus de principatu inter se et imperio contendentibus, et gemini exercitus coryphaeis, Procopio et Valente, ille, qui nunc est mortuus, vix credebatur meritas perfidiae poenas daturus, quamvis id quidem boni omnes optarent: hic vero qui nunc feliciter vivit, periisse iam tum puta-

batur; ut quidem flerere res adversarii prima specie videbantur. Exitum interim tam miserabilis tragoediae, quae tamen in extremo demum actu concessu Divum laetissimo fine conclusa est, parum abfuit quin populi ac civium Urbis Regiae, acerbus et perluctuosus interitus anteverterit; quem quidem intolerabilis exacta tributa, quem fames, quem denique desperatio allatura videbatur. Loci huius qui prope inextricabilis 430
visus est nonnullis, planiorem interpretationem istam haud abs re putavi fore.

Ibid. D. 4. *Τὸν πλησίον.* PETAV. Totum hoc membrum *παρέλκει.* Quod proinde ne interpretatione quidem dignatus sum.

P. 93. A. 8. *Τὰ καὶ τὴν σὴν πραότητα.* PETAV. Dicta haec ad Principis adulationem, et ambitiose ficta. Quam enim atrociter victoriam sit persecutus Valens, docet Ammian. lib. XXVI. et Zosim. De quo haec Cedrenus habet. *Αὐθάδης τὸν τρόπον, καὶ ὑπερήφανος, καὶ πρὸς αἱμάτων χύσεις ἑτοιμότατος, ἔχων τὰς φρένας ἀσυμπαθεῖς, καὶ παντὸς ἐλέους ἀλλοτρίας, αὐστηρίᾳ τὸν λογισμὸν σκοτιζόμενος, καὶ πάσης παιδείας ἀμέτοχος.* Cuius etiam dictum illud narratur a Zonara. Eum qui ab ira facile dimoveretur, ab iustitia quoque dimoveri. *Vides modestae deditum menti Ducem.* En qui ab humanitate ac clementia collaudetur.

Ibid. C. 9. *Πρώην γάρ.* PETAV. Suppleri quod deest poterit per *ἀπῄειμεν.*

Ibid. D. 2. *Ἡμερον καὶ ἐκκεχυμένον.* PETAV. Forte, *τὸ γὰρ ἥμερον:* hoc sensu. Cum ad te supplices adiissemus, alicuius supplicium deprecantes, tu postulationi nostrae annuere distulisti; id quod nos aegre tulimus, non quod stolidi et inepti simus, ut tanta hactenus praeter spem votumque consecuti, si quid forte negatum sit, irascamur; sed quod tanta tamque inusitata in te humanitas sit, ut nihil non ab ea deberi nobis existimemus.

P. 94. A. 4. *Τοιγαροῦν Νέρωνος.* PETAV. Philostr. Apoll. lib. 4. c. 12.

Ibid. A. 8. *Καίτοι γε ὁ μὲν εἰς ἔργον.* PETAV. Callisthenem, puto, significat, qui asperitate morum Alexandri in se Regis odium concitavit. Caeterum *ὑπεῖξεν* pro *ὑπείξας* leg. videtur. HARDUIN. Vide Senec. lib. VI. Natural. quaest.

Ibid. A. penult. *Εαυτοῦ στερεώτατος.* HARDUIN. Corrig. *στερεώτερος*, qua forma loquendi utitur orat. X. pag. 134. *Εαυτοῦ φλογωδέστερος.*

Ibid. B. 4. *Καὶ οὐκ ἐπίσης Περικλεῖ.* PETAV. Corrig. *ἐπ' ἴσης Περικλεῖ τῆς ἐξουσίας.*

Ibid. C. 3. *Καὶ ὅτι βαρβάρων.* PETAV. Placet *βαρβάροις*, ut ex ipso sensu liquet.

Ibid. C. 7. *Καὶ ὥσπερ σώματος ἑνός.* PETAV. Disserte en de re disputat apud Dion. lib. 55. Livia erat. ad Augustum: atque inter caetera: *Η οὐχ ὁρᾷς ὅτι καὶ οἱ ἰατροὶ τὰς μὲν τομὰς, καὶ τὰς καύσεις σκληρότατά τισι προσφέρουσιν, ἵνα μὴ ἐξαγριαίνωσιν αὐτῶν τὰ νοσήματα, τοῖς δὲ οἰδήμασι, καὶ τοῖς ἡπίοις φαρμάκοις τὸ πλεῖον μαλθάσσοντες θεραπεύουσι.*

P. 95. A. 8. *Τὸ τοὺς μὲν φίλους.* PETAV. Glossema redolent haec verba, ac proinde ab oratione separanda.

Ibid. A. penult. *Τοὺς δὲ ἐχθροὺς μὴ κακῶς ποιεῖν, ἀλλὰ φίλους.* HARDUIN. Apposite ad mentem autoris, sic, opinor, vertendum fuit: *Inimicos non esse male tractandos, sed eosdem amicos faciendos.*

Ibid. B. *Καὶ πρὸς τὸν ἀπειλήσαντα.* HARDUIN. Plutarch. *περὶ φιλαδελφ.* sub finem, tribuit hoc dictum Euclidi Socratico, Socrati ipsi Themistius.

431 Ibid. C. 3. *Δεομένῳ.* HARDUIN. Postulat historiae veritas, ut scribatur, *μὴ δεομένῳ. Etiam non roganti dotem numerari iussit.*

Ibid. C. 7. *Οὕτω τινὰ ἐν ἀνθρώποις ἄνθρωπον φῶτα.* HARDUIN. Non video cur negligi debuerit Henr. Steph. hoc in loco animadversio. Recte enim is admonet pro *ἄνθρωπον*, scribendum esse *ἀπάνθρωπον.*

Ibid. C. 7. *Οὐ γὰρ ῥᾴδιον οὕτω.* PETAV. Eadem, quae supra Livia apud Dio. *Καί μοι δοκεῖ πολλῷ πλείω φιλανθρωπίᾳ ἢ τινι ὠμότητι κατορθοῦσθαι. τοὺς μὲν γὰρ συγγνώμονας οὐ μόνον οἱ ἐλευθέντες ὑπ' αὐτῶν φιλοῦσιν, ὥστε καὶ ἀμείβεσθαι σφᾶς σπουδάζειν, ἀλλὰ καὶ οἱ ἄλλοι πάντες καὶ αἰδοῦνται, κἀὶ σέβουσιν, ὥστε μὴ εὐτολμεῖν αὐτοὺς ἀδικεῖν.*

P. 96. B. 5. *Μάρκος τοὺς Κασσίῳ.* PETAV. Marcus Antoninus Philosophus, adversus quem Cassius rebellavit, a Faustina, ut fama erat, concitatus. Xiphilinus. Capitolinus: *In conscios defectionis vetuit Senatum gravior vindicare.* Eadem illa Zonaras Tom. II. ubi et rescriptum illius ad Senatum adiicit tanto Imperatore dignum. *Μὴ γὰρ γένοιτο, ἔφη, μηδένα ὑμῶν δι' ἐμέ τε, τῇ ἐμῇ, μήτε τῇ ὑμετέρᾳ ψήφῳ σφαγῆναι· ἂν δὲ μὴ τούτου τύχω, σπεύσω θανεῖν.*

Ibid. B. 7. *Καὶ ἐγγὺς ἡμῶν τούτους λέγω.* PETAV. Imo *οὐ λέγω.*

Ibid. B. 10. *Καὶ ὅτι βέλτιον βασιλεῖ.* PETAV. Plin. Iun. lib. VIII. Epist. ult. *Absit superbia, asperitas: nec timoris contemptum. An contemnitur, qui imperium, qui fasces habet: nisi qui humilis, et sordidus, et qui se primus ipse contemnit? Male vim suam potestas aliorum contumeliis experitur, male terrore veneratio acquiritur: longeque valen-*

tior amor ad obtinendum quod velis, quam timor. Nam timor abit, si recedas: manet amor; ac sic, ut ille in odium, hic in reverentiam vertatur.

Ibid. C. 5. *Μετασκευάζειν οἰκειότητα.* PETAV. Deest *εἰς*.

P. 97. D. *Οὐδὲ τὸν δεῖνα λοιδορησάμενον.* PETAV. Philippum Regem intelligit, de quo supra. Sed illud *ὥσπερ ἔναγχος εὐδοκιμήσας*, haud sincerum est. Nisi forte hic sensus est, hic qui oratione mea paulo ante celebratus est. Audacior quispiam legeret, *ὡς περὶ Νικάνορα εὐδοκιμήσας:* nam militi illi quem amicum ex inimico sibi Philippus reddidisse supra dictus est, Nicanori nomen fuit. Plut. in Apoph.

P. 98. B. 9. *Τὸ δὲ ἅπαξ παραλλάξαντος.* PETAV. Ad *θυμὸν* retuli. Nam quid ei in mentem venerit nescio, qui ita vertit: *Saepe enim ob quaevis offensas virium suarum opem, ceu ultrices, implorare.*

Ibid. C. 4. *Φάρμακον δὲ ὀργῆς.* PETAV. Aeschylus Prometh.

Ὀργῆς νοσούσης εἰσὶν ἰατροὶ λόγοι.
Π. Ἐάν τις ἐν καιρῷ γε μαλθάσσῃ κέαρ,
Καὶ μὴ σφριγῶντα θυμὸν ἰσχναίνει βίᾳ.

Ad quem locum Scholiastes ex Anonymo Poëta distichon illud citat,

Λόγος γὰρ ἀνθρώποισιν ἰᾶται νόσους·
Ψυχῆς γὰρ οὗτος μόνος ἔχει θελκτήρια.

Ibid. D. penult. *Χαλεπωτέρα δὲ ἐλευθέρῳ.* PETAV. Livia apud Dionem: *Εδραι τ' ἄτιμοι, καὶ στάσεις ἐπονείδιστοι, τό* 432
τε προλυπηθῆναι, καὶ τὸ προφοβηθῆναι, συχνοὺς βελτίους ἐποίησε. Καίτοι καὶ ἀποθανεῖν ἕλοιτο ἄν τις εὖ τε γεγονὼς, καὶ ἀνδρεῖος ὢν ἢ τοιοῦτόν τι παθεῖν.

P. 99. A. 9. *Ἀδύσας ποτε.* PETAV. Suppleri haec lacuna potest, si *ἀλλὰ δόξας* rescribas.

Ibid. C. *Καὶ γὰρ ὅστις ἔδοξεν.* PETAV. Quisnam ille Imperator sit, amplius quaerendum censeo.

Ibid. C. *Καὶ γὰρ ὅστις ἔδοξεν.* HARDUIN. Ut supra civium CP. ita nunc quae fuerit, quamque calamitosa Philosophorum conditio, superioribus ante devictum Procopium temporibus, ordine persequitur. Ac primum quidem minime obscurum est, quin de Ioviano loquatur, quo imperante non modo Ethnici sacerdotes variis in locis abdebant sese, verum etiam *οἱ τριβωνοφόροι τοὺς τρίβωνας ἀπέθεντο*, qui pallia gestabant, hoc est, Philosophi, ea abiecere, inquit Socrates, lib. III. c. XXIV. Id tamen recte censet Annalium Eccles. Scriptor, Christianorum metu potius, quam Imperatoris auctoritate, effectum. Ipse enim, quamvis Christianorum initiatus sacris, Maximum et Priscum, quos secum in Persidem duxerat

Iulianus, non destitit, ut Eunapius auctor est in Maximo, aliquo in numero ponere. Sed fuit nimirum Themistio ad doloris sensum acerbior communis sibi cum aliis illata a Christianis hominibus iniuria, quam privata illa, qualiscumque demum fuit, erga par istud Philosophorum amicitia Principis, iucundior ad voluptatem esse potuerit. Quare hoc Philosophorum odium non in Christianos derivat, qui illud exercuerunt, sed in Principem, qui non compescuit.

Ibid. C. 6. *Ταύτης τοίνυν ἔτι.* PETAV. Neque hoc satis extrico; quis ille demum sit Philosophus, in quem animadvertere Procopius voluerit. Discrem Caesarium intelligi Urbis Praefectum, eundemque Nazianzeni fratrem, Imperatoris amicissimum, si modo is de quo hic loquitur, Praefecturam Urbis gessisset. Etenim Gregorio usus est familiarissime Themistius noster.

Ibid. HARDUIN. Ubi Philosophorum quam fuerit misera sors Ioviani aetate descripsit, delabitur deinde ad Procopianae defectionis tempora. Tum enimvero Maximus Philosophus, etsi haberet quod a Valente timeret sibi plurimum, a quo iam fortunis omnibus exutus fuerat, ea tamen animi excelsitate fuit et constantia, ut noluerit idcirco ad Procopii Tyranni partes deflectere: a quo proinde non modo neglectus contemptusque est: verum etiam, quod ex hoc loco coniectari licet, ab eodem, cum ab expeditione adversus Valentem suscepta rediisset, neci destinatus. Quam sententiam in ipsius ferentis caput recidisse Themistius laetatur. Neque est quod quis suspicetur, de alio quopiam hic esse sermonem, quam de Maximo: eum in huius causa defendenda, et propulsanda morte, habitet totus extrema hac orationis parte Themistius.

Ibid. D. 3. *Τοῦ φιλοσοφωτάτου τῶν βασιλέων.* PETAV.
433 Non tam Constantini Imper, quam Iuliani, quocum cognatione iunctum se esse praeferebat.

Ibid. D. 8. *Ἀλλὰ τὸν καθηγητήν.* PETAV. Maximum Philosophum non dubiis coniecturis esse suspicor, qui Iuliano in paucis acceptus fuit, ut ex eius Epistolis patet. Sed a Valentiniano et Valente Impp. in vincula coniectus una cum Prisco, de quo paulo post. Suspicandi ratio ea est, quod *καθηγητὴν* eum vocat *αὐτοκράτορος*: Maximus vero Iuliani non tam Praeceptor quam corruptor extitit. Tum quod eundem dicat a militibus ad necem postulatum. Sic enim Eunapius cum publice in theatro, tum privatim magnis vociferationibus a populo tradnctum esse Maximum scribit; tandemque post varios cruciatus a Clearcho servatum atque ereptum. Tametsi falso illud Themistius, dum studiose ait Imperatorem

illius animi, quum constet capitali odio fuisse prosequutum, teste Zosimo lib. 4.

P. 100. B. 2. *Τὸν γὰρ ἐγκληθέντα.* PETAV. Priscum significari proxime dixi. Quippe convenit, quod de eodem ait Eunap. una cum Maximo correptum fuisse, sed mali iocirco paenam nihil, quod publico testimonio vir probus declaratus esset.

Ibid. B. 4. *Οὔτε τιμή.* PETAV. Redundant, nisi fallor, hae duae voces.

Ibid. B. 8. *Ἀλλὰ τὰ πρὸς γε.* PETAV. De eodem Maximo loqui, atque apud Valentem pro eo intercedere videtur; sed frustra: quem postea Valentis iussu trucidatus est. Ammian. lib. XXIX. Eunap. in Maximo.

AD ORATIONEM VIII. NOTAE.

HARDUIN. Theodosii quinquennalia praesentem esse hanc orationem Themistium, suspicabatur olim Petavius. Verum ex Codice MS. quem multo post ex Ambrosiana Bibliotheca ipse comparavit, in re perobscura lucem praeferente, nisi recudendi operis sui consilium mors praecidisset, emendasset ipse haud dubie coniecturam suam. Praefigitur enim iste in eo codice huic orationi titulus; *Οὐάλης, ἢ περὶ φύσεως βασιλικῆς· ἐρρήθη ἐπὶ τῆς πενταετηρίδος ἐν Μαρκιανουπόλει.* Quem postquam legimus, non fuit admodum operosum, ut animadvertere omnia deinde inter se apta colligatoque esse, et obscuriora loca in eum sensum deflectere in quem sponte conspirant; cum antea vel perspicacissimo cuique vix aliquid certi occurreret quod sequeretur. Habita est igitur haec oratio in laudem Valentis Augusti, ipsis Quinquennalibus, Valentiniano II. et Valente II. AA. Coss. an. CCCLXVIII. cum Marcianopoli Valens bello Gothico esset implicatus.

P. 101. B. *Πενταετηρικός.* PETAV. Quinquennalia, Decennalia, Vicennalia Imperatorum indis ac caeteris hilaritatis indiciis celebrari solebant. Cuius origo consuetudinis ex Dione petenda est lib. LI. Ita Constantini filiorum Caesarum Quinquennalia commemorat Nazarius Paneg. et Mamertinus Maximiani perpetuos Quinquennalia. Vide Euseb. lib. I. de Laudibus Constantini.

P. 102. A. 11. *Φαίην ἂν τῶν συμμάντων εἶναι.* PETAV. 434
Deest vocabulum aliquod, nisi ἀπόντων cum Pantino legas.

P. 104. A. 5. *Ταῦτα ἐγὼ εἰκότως.* Petav. Depravatissimus hic locus. Vide an pro *εἰκότως* legendum sit *εἰδὼς* et mox *καὶ τοὺς ἀρχαίους.*

P. 105. D. 3. *Καὶ πράγματα ἔξεις.* Petav. Qui recitaturus est in privatis pronunciis et invitandis multum elaborabit. At Imperator sponte cum Palatinis et Aulicis adest, ac frequentiae praesidet. Quam morose ad audiendum convenerint, nec quanto studio quantisve obsequiis exorandi fuerint, vide apud Plin. lib. I. Ep. XIII. Synes. Dionem et alios.

P. 107. B. 10. *Εἰ σχῆμα ἀνειληφὼς γυμναστοῦ.* Petav. Synesius de Regno sub initium.

P. 109. D. 4. *Οἶδα ὅτι τὸν Συλοσῶντα.* Petav. Pantinianus Schol. ad hunc locum: desunt sine dubio nonnulla. *Συλοσῶντος* enim manifeste mentionem fecerat: quod illa verba arguunt: *Οἶδα ὅτι τὸν Συλοσῶντα ἐπιζητεῖς ὅστις ποτε ἦν.* Videtur autem tale aliquid decesse, *τῷ δὲ Συλοσῶντι ἀνασωσάμενος αὐτῷ τὴν πατρίδα ἔδωκε.* Historiam habes apud mellitissimum historicum, lib. III. qui Thalia inscribitur. Apud quem verba Syloscontis haec extant, *ἐμοὶ μήτε χρυσὸν, ὦ βασιλεῦ, μήτε ἄργυρον δίδου, ἀλλ' ἀνασωσάμενός μοι δὸς τὴν πατρίδα Σάμον.* Harduin. Vide Aelian. var. hist. lib. 4. c. 5.

Ibid. D. 7. *Ἐπειδὴ τῆς χλαμύδος ἐρῶντα.* Petav. Idem Schol. In Codice manu exarato erat *ἀλῶντα*, pro quo non dubitabat Pantino *ἁλόντα*. Et sane ellipsi suavissima dicunt Graeci, quod nemo potest ignorare, *ἁλῶντα τινός* pro eo quod est *ἔρωτα τινὸς ἁλῶναι.* Et ita infra loquitur, *δι' ἃς Κωνσταντῖνος ἑάλω τῆς Καλλιπόλεως.*

P. 110. B. *Ἀλκιβιάδης δὲ ὁ Κλεινίου.* Petav. Vetus Schol. Iuven. ad Sat. II. *Baptae ergo mollies, quo titulo Eupolis Comoedium scripsit: ob quam ab Alcibiade, quem praecipue praestrinxerat, necatus est.* Cicero lib. VI. Ep. ad Att. Ep. 1. *Quis enim non dixit Εὔπολιν τὸν τῆς ἀρχαίας ab Alcibiade navigante in Siciliam delectum esse in mare? Redarguit Eratosthenes: affert enim quas ille post id tempus fabulas docuerit. Num idcirco Duris Samius homo in historia diligens quod cum multis erravit, irridetur?* Vide Suidam, et Lilium Giral. Ob illam vero Baptarum Comoedium *iratum Eupolidem* appellat Persius. Sat. I. in quo vir doctus haesitavit.

Ibid. B. 5. *Ἀλλὰ κἀκεῖνον, ὡς ἔοικε.* Petav. Traianum, a quo victus Decebalus. Xiphilinus.

Ibid. C. 10. *Σκιροῖς ἐοικότα νοσήμασι.* Petav. Pantin. Schol. Scribe, inquit, *σκληροῖς ἐοικότα νοσήμασιν.* Quid sit mediocrum *σκίρος* vel *σκίῤῥος*, nemo est qui ignoret, qui hic locum non habet. Quanquam Galenus in sextum Epidem.

Hippocratis τὸ σκληρὸν inter alia requirat in scirrho, καὶ τὸ ἀνιόδυνον. Quis autem dicat νόσημα σκίρον, aut σκίῤῥον, cum ne σκιῤῥῶδες quidem νόσημα illo sensu dixerim? Nam quod Galenus σκιῤῥώδη νόσον, in lib. de methodo medendi dixit, non scirrhum intellexit, sed qui contumaciam τοῦ σκίῤῥου imitaretur: quare non bene doctissimus interpres. 435
Totus autem locus ita forte fuerat conceptus, καίτοι τοῦτόν γε, οὐδὲ θυμὸν ἴσως κλητέον, ὃς κατακοιμηθεὶς ὑπὸ τοῦ λογισμοῦ, ἐπειδὰν λάβηται δυνάμεως, ἀνεγείρει τὶ ἀλλόκοτον, καὶ πικρίαν καὶ μῆνιν, σκληροῖς ἐοικότα νοσήμασιν, αὑτὴν πρώτην τιμωρούμενα καὶ δαπανῶντα τὴν ψυχὴν, ᾗ ἐντέτηκε. aut minori negotio, ἃ σκληροῖς ἐοικότα νοσήμασιν αὑτὴν πρώτην τιμωρουμένην δαπανᾷ τὴν ψυχὴν, ᾗ ἐντέτηκε.

Ibid. D. 6. Τὸν τῆς ἐπαναστάσεως χρόνον. HARDUIN. Defectionis Procopianae tempora describit, restitutamque imperio, Valentis indulgentia, ac facilitate, pristinam felicitatem exaggerat, paucis admodum desideratis ex omnibus qui cum τῷ παλαμναίῳ sanguinario illo (Procopium nimirum intelligit) desciverant a Valente.

P. 111. D. 2. Ἐπὶ πολλῶν χαλεπήνας. PETAV. Mendosus, opinor, locus est. HARDUIN. *Coram multis professus est poenitentiam suam.*

P. 113. B. 6. Καὶ σιτούμενον οὐχ ὡρισμένα. PETAV. Nihil in loco viderat Pontinus Interpres. Atqui notissimum est proverbium: ὁ πόλεμος τὰ τεταγμένα οὐ σιτεῖται. Syn. de regno.

Ibid. B. 7. Οὐ γὰρ ἀγαπητόν. HARDUIN. Dele γὰρ, οὐκ ἀγαπητὸν etc. Debent enim haec esse connexa cum superioribus, ut sit sensus: *Cum bellum istud suscipitur, nonne praeclare nobiscum agi putandum est etc.*

Ibid. C. 3. Οὕτω γὰρ ἂν κλέπτοι τὴν αἴσθησιν. PETAV. Elegantissimus ad eandem sententiam est Xenophontis locus lib. VI. Κύρου παιδ. ἡ γὰρ κατὰ μικρὸν μετάλλαξις πᾶσαν ποιεῖ φύσιν ὑποφέρειν τὰς μεταβολάς. διδάσκει δὲ καὶ ὁ θεὸς, ἀπάγων ἡμᾶς κατὰ μικρὸν ἔκ τε τοῦ χειμῶνος εἰς τὸ ἀνέχεσθαι ἰσχυρὰ θάλπη, καὶ ἐκ τοῦ θάλπους εἰς τὸν ἰσχυρὸν χειμῶνα. ὃν δὴ μεμουμένους εἰς ὃ δεῖ ἐλθεῖν προειθισμένους ἡμᾶς ἀφικνεῖσθαι.

Ibid. C. antepenult. Σοὶ δὲ εἰ κατὰ γνώμην ἐκβαίνοι. HARDUIN. Aberravit ab autoris mente hoc in loco interpres Pantinus; sic enim vertere debuit: *Tibi vero si ex voto tuo res omnis successerit* (erat nimirum bello Gotthico, uti diximus, occupatus) *anno insequenti vectigalia dimidia parte detracta solvemus.*

Ibid. C. ult. Τὰ μέτρα τῆς ἐπανόδου. PETAV. Quid hic

ἐπάνοδος significat haud ita pronunciare facile est. Censum publicum reddidit Interpres. An idem est quod Latinis reditus, vel redditus, hoc est census et merces annua? Plane insolens ea vocis est notio.

Ibid. D. penult. Καὶ ἡμίεκτον καὶ ἀμφίεκτον. PETAV. Expungenda vox ἀμφίεκτον, quae nihil significat hoc quidem loco.

P. 114. A. 4. Ἀστυκοῦ στρατιώτου φιλοκέρδεια. PETAV. Ordines Palatinos sive Scholas intelligit, quibus Magister Officiorum praeerat. Μάγιστρος τῶν ἐν τῇ αὐλῇ τάξεων. Zosim. lib. IV. Vide Notitiam. Statius lib. I. Silv. in Soteriis ita circumscripsit.

Ergo alacres quae signa colunt Urbana cohortes.

Ibid. A. 9. Ὃν ἡ σύγκλητος. PETAV. Hallucinatio est. Quod enim hic narrat Cincinnato convenit. Colum. Praefat. lib. I. *Ex qua Quintius Cincinnatus obsessi Cos. et exercitus liberator ab aratro vocatus ad Dictaturam venerit.* Liv. lib. III.

436 Ibid. B. 5. Τοὺς ἐπὶ ταῖς ψήφοις τεταγμένους. PETAV. Hoc est *rationarios* λογιστάς. Neque vox ψῆφος hoc loco suffragium sonat, ut interpreti visum.

P. 115. A. 7. Οὐδὲ ἀνεόρταστος ὁ χειμών. PETAV. Est enim agricolis hiems genialis, quod tum operum fessi ludis ac conviviis recreant sese. Virg. II. Georg. I.

Indulget genialis hiems curasque resolvit.

Et lib. II.

Ipse dies agitat festos, fususque per herbam,
Ignis ubi in medio, et socii cratera coronant.

Ibid. C. ult. Πολλοὶ τὰ σκῆπτρα ἐκ τριγονίας διαδεξάμενοι. HARDUIN. An Constantium hoc loco perstringit, quem orat. I. appellat ἐκ τριγονίας βασιλικῆς Imperatorem?

Ibid. D. penult. Καὶ νῦν οὐδεὶς τῶν στρατεύεσθαι λεγομένων. HARDUIN. Referenda haec sunt ad eas Constitutiones, quas hoc anno Valens Marcianopoli edidit, de tyronibus, de re militari etc. de quibus vide Cod. Theod. Quem vero exercitum paulo post se vidisse ait, is ipse est qui ab expeditione Gotthica, et quidem a Carporum vico, ubi stativa castra autumnum usque emensum locaverat Imperator, Marcianopolim redierat ad hyberna. Ammian. lib. XXVII.

P. 116. A. 9. Καὶ πρώην εἶδον ἐγώ. PETAV. Pantin. Schol. ad haec verba: Scribe εἶδον ἐγὼ στρατιὰν εὔτακτον μᾶλλον χοροῦ παντὸς, aut quod Pantino placuit εὔρυθμον, quia sequitur, οὐ γὰρ ᾔδει τὴν τῆς σῆς φάλαγγος εὐρυθμίαν.

Ibid. B. 3. Οὐδὲ τοὺς ἐνοικεῖν τῷ σιδήρῳ. PETAV. Clibanarios intelligit, de quibus Vegetius, Ammian. et alii.

Ibid. D. 6. *Κατεγέλασε δὲ οἶμαι καὶ τῆς πελειάδος.* PETAV. Pantin. Schol. Locus quem tangit Iliados ψ. de columba, est iste. Agit autem de Merione, qui columbam deiiciebat.

Ὑψι δ' ὑπαὶ νεφέων εἶδε τρήρωνα πέλειαν,
Τήν ῥ' ὅγε δινεύουσαν ὑπὸ πτέρυγος βάλε μέσσης.
Ἀντικρὺ δὲ διῆλθε βέλος· τὸ μὲν ἄψ ἐπὶ γαίῃ
Πρόσθεν Μηριόναο πάγη ποδός. αὐτὰρ ἢ ὄρνις
Ἰστῷ ἐφεζομένη νηὸς κυανοπρώροιο,
Αὐχέν' ἀπεκρέμασεν, σὺν δὲ πτερὰ πυκνὰ λίασθεν.

Ibid. C. *Σὲ δὲ ἤδη τις τὰ σκῆπτρα ὑπεριδὼν τὰ πατρῷα.* HARDUIN. Param intelligit filium Arsacis Armeniae Regis; quem patre a Rege Persarum capto, *suadente matre e regno digressum, Imperator Valens apud Neocaesaream susceptum morari praecepit*, inquit Ammian. lib. XXVII. *Id quod discordiarum excitavit postea causas immanes Saporem inter et Romanos.*

Ibid. D. 5. *Καὶ ξυνωρίς σοι τῶν στρατηγῶν.* HARDUIN. *Par illud Ducum tibi militantium.* Victor nimirum et Arintheus, qui Valentis partibus adiuncti sunt in distributione Comitum Sirmii facta cum Valentiniano. Ambo statim post bellum Procopianum, cum Athanarico Gothorum Principe, adversus quem missi fuerant, ille Magister equitum, hic peditum, 437
pacem inierunt. Ammian. lib. XXV. 466. et XXVI. 498. 536. et 538. Arintheus is est de cuius obitu consolatoriam epistolam scripsit Basilius ad Pentadiam eius uxorem, quae est XI. inter additas: ex quo constat eum Catholicum fuisse, et filiam reliquisse. Meminit Claudian. lib. I. in Eutropium, qui Arinthei servus fuerat: v. 478.

Inter Arinthaei fastus et nomen herile
Servus erit, dominoque suos aequalis honores
Inseret?

De Victore dicemus inferius.

P. 117. A. 8. *Ἐκ Μυσῶν.* HARDUIN. Marcianopoli scilicet tum erat in castris Augustus, quae urbs in Mysia inferiore sita, a Marciana sorore Traiani Imperatoris nomen accepit, ut autor est Ammian. lib. XXVII.

Ibid. B. 4. *Ἀρταξέρξης.* HARDUIN. Lege Plutarch. in Apophth. ex quo hunc Themistii locum emendabis, et pro tribus millibus, triginta millia Daricorum repones. Quid porro sint *Δαρεικοὶ στατῆρες*, nummi scilicet aurei, primum a Dario cusi, vide Suid. Hunc autem Themistii locum sic oportebat a Pantino verti: *Artaxerxes quidem, cum Satibarzanes Praefecturam ab eo petivisset, cui gerendae minime esset idoneus is cui suffragabatur, sperans hac sua intercessione*

se tria Daricorum millia, si impetrasset. Rem enim ita gestam narrat Plutarch. loco cit. qui et illud egregium Artaxerxis factum adiungit; numeratam scilicet ipsius iussu ex aerario Satibarzani pecuniam, cuius cupiditate incensum eum intelligebat; addidisseque, se, si pecuniam concederet, nihilo pauperiorem; si magistratum, multo iniustiorem fore.

P. 118. C. penult. *Οὐδὲν γὰρ οὕτω βαρύ.* HARDUIN. Pantini versionem sic emenda: *Nullum est igitur tam grave tributum, ut ipsum per se difficile possit solvi; sed tempus et ratio et locus solvendi difficultatem afferunt.*

P. 119. A. 7. *Ἀλλὰ γάρ.* HARDUIN. Fragmentum hoc plusquam triginta versuum, debemus MS. Codici Collegii nostri Parisiensis, unde illud eruit vertitque Cossartius noster.

Ibid. B. 11. *Ὑπὲρ ἀμφοῖν.* HARDUIN. Hic manifeste de Valente loquitur, et de consorte imperii Valentiniano fratre; amborum enim Quinquennalia fuere communia; quod certe de Theodosio et Gratiano dici non potest.

Ibid. C. 3. *Ταῖς σπονδαῖς.* HARDUIN. Haec ad illud foedus pertinent quod iniquis conditionibus icere cum Persis coactus est Iovianus.

Ibid. D. ult. *Εὐνὴν μίαν ἀγαπᾷ.* HARDUIN. Castitatem Valentis praedicat, sane commendatione dignam. Uxori Dominicae nomen fuit, ex Zosim. lib. V. alii Domninam vocant.

P. 120. A. 4. *Καὶ τὸ βλάστημα ἱερώτατον.* HARDUIN. Valentinianum NB. Valentis filium, Galatem dictum, anni subsequentis, hoc est CCCLXIX. aerae vulg. cum Victore Con-
438 sulem; qui haud multo post anno CCCLXXII. ut licet ex Socrate colligere, iam sexennis, febri correptus interiit. Hoc tam illustri alumno Themistius gloriatur.

AD ORATIONEM IX. NOTAE.

PETAV. Valentiniano Iuniori Valentiniani ex Iustina filio post initum Consulatum hac oratione gratulatur. Ac primum parentis et patrui, quem patrem etiam vocat, illum exemplo ad omnem animi virtutem inflammat, suamque in eo instituendo atque informando operam ac diligentiam repromittit. Gessit autem Consulatum Valentinianus cum Aurelio Victore, anno CCCLXIX. cum natus esset an. CCCLXVI. Gratiano et Dagalaipho Coss. Socrates lib. IV. c. IX.

Oratorem ejus. Themist. Fuit illi, cui Themistius Consulatum gratulatur, Valentinianus NB. Pu in fastis hoc anno cum Victore adscriptus, non Valentiniani Senioris, sed Valentis ex Dominica uxore filius, alias Galates dictus; quod nomen ea re inditum ei est, quod in Galatia natus esset, cum pater ejus adversus Procopium decertaret; quanquam aliter hactenus creditum est ab eruditis, scilicet Socratem et Sozom. qui Valentinianum utrumque in unum conflarunt. Huic igitur adhuc puero in castris versanti cum patre, et Consulatum Kal. Ian. cupienti, orationem hanc habuit Themistius, vel potius ipsi patri; ut nomine Senatus P. Q. CP. gratias ei ageret, (mos enim erat ita faciendi) ob Consulatus honorem filio delatum; simul et rogaret uti hunc e castris quamprimum in Regiam urbem cum Victore Collega remitteret. Certe de Valentiniano Iuniore Valentiniani Senioris filio, a veritate prorsus abhorret, ut ad illum isthaec quae hic dicuntur, attinere ullo modo possint. Nam vel si a Themistii autoritate discesseris, cujus quidem testimonia et plurima numero et perspicuitate clarissima, ut quodque occurret, explicabuntur in Notis, vel una tamen temporum ratio plane rem confi cere mihi videtur.

1. Cum Valentinianus Senior diem obiisset, anno CCCLXXV. is qui postea Augustus est appellatus, erat fere quadrimus, ut scribunt diserte, Ammian. Marcell. lib. XXX. Victor, Zonaras: Zosimus vix quinquennem fuisse dicit. Ille quem tabulae omnes Chronologicae post Idat. natum testantur an. CCCLXVI. nisi quid humanitus accidisset, debuisset tunc certe annum fere decimum attigisse.

2. Qui Valentiniano patri successit, interfectus est an. CCCXCII. Arcadio A. iterum et Rufino Coss. cum adhuc pene puer esset, inquit Hieron. ep. de exitu Nepotiani, hinc sua anno aetatis XX, ut ait Niceph. lib. XII. c. XXXVIII, vel imperii XVIII. inchoato, ut habet Ambrosius, erat de ejus obitu. Non igitur cum natum esse oportuit an. CCCLXVI. aut certe mortuum aetatis anno XXVI. necesse est, ubi cum

3. Qui anno CCCLXVI. natus dicitur, atque idcirco ex- 439
emplorum vice, ut ait Themistius, Valenti praedixisse Procopii exitium, quod eo ipso anno contigit, teste Idatio in fastis his inquam, ut, in confesso est apud omnes, Consulatum gesserit cum Victore hoc anno CCCLXIX. Quare cum paulo post quam Imperator est salutatus, iterum Consulatum cum Valente gesserit, iterum Consul dici debuit.) At reclamant fasti omnes, in quibus annus ille Valente Aug. V. et Valentiniano Iun. Aug. Coss. tantummodo consignatur. Hic duos distinguere Valentinianos, et quidem ambos Valentiniani Senioris filios, quod

Hadriano Valesio in Notis ad Ammian. viro alioqui doctissimo miror venisse in mentem,) nemo est qui non audax facinus esse exclamet.

4. Denique, hanc animadversionem nostram confirmat aperte Idatius in fastis: *Gratiano Nob. et Dagalaipho Coss. Natus est Valentinianus Iunior filius Augusti Valentis, die XV. Kal. Febr. et ipso anno idem hostis publicus et praedo* (Procopius) *intra Phrygiam salutarem, et in Nacoliensium campis ab Augusto Valente oppressus atque extinctus est die VI. Kal. Iun.* Scio equidem in editione a Sirmondo nostro restituta, ita legi, *filius Augusti Valentiniani.* Verum in vetustissimo Cod. MS. huius nostri Collegii Parisiensis, quem Sirmondus in Praefatione ad Idatium, Metensem vocat, et optimae notae esse praedicat, diserte scriptum lego, *filius Augusti Valentis;* quae sane lectio cur neglecta sit, omnino non video.

P. 120. *Ὦ παῖ δυοῖν πατέρων.* HARDUIN. Valentis et Valentiniani; quorum alteri lucem, dignitatem utrique referre debebat acceptam. Acceperat enim a fratre Valens, a quo deinde derivata in sobolem.

Ibid. C. 8. *Εντεῦθέν σοι προοιμιάζειν.* HARDUIN. Forte, *ἐντεῦθεν σὺ προοιμιάζεις.*

Ibid. C. 11. *Τοῦτο μέν τοι τὸ χρέος.* PETAV. Sext. Aurelium Victorem indicat: qui etiam Romae Praefecturam urbanam administravit sub Theodosio, ut testatur veteris inscriptionis fragmentum ex basi descriptum: D. N. FL. THEODOSIO PIO VICTORI SEMPER AUGUSTO SEX. AUR. VICTOR V. C. URBI PRAEF. IUDEX SACRARUM COGNITIONUM D. N. M. Q. E.

Ibid. HARDUIN. Non Sextum Aurelium Victorem historicum illum indicari crediderim, cuius Epitomen terimus, quem Consularem Pannoniae secundae Praefectum a Constantio, ac multo post P. V. Romae creatum ait Ammian. lib. XXI. sed alterum qui prius Magister Militum fuit et Aegypti Dux; de quo idem Ammian. lib. XXVII. XXX. XXXI. et alibi. Ad eum extant Basilii et Gregorii Naz. Epistolae.

P. 121. A. 2. *Πρῶτος γὰρ δή.* HARDUIN. Primus hic Valentinianus Galates, primus, inquam, ex ea familia quae tum principatum obtinebat, Porphyrogennetes dicendus, sive Porphyrogenitus (nam et hanc hybridam vocem media Latini-
440 tas agnovit) quod Patre iam Imperatore natus, *ἐν ἁλουργίδι,* cunis purpureis est exceptus. Gratianus enim natus est patre privato. Valentinianus iunior non ante quadriennium. Non sum tamen nescius esse aliquos qui Porphyrogennetas appellatos censeant a Porphyra palatio, ubi foetus suos edidisse Au-

gustas autor est Nicetas in Man. lib. V. Vide Annae Comn. Alexiadem lib. VI.

Ibid. A. 4. *Καὶ νίκη μέν σε ἐδέξατο.* HARDUIN. Victoriam intelligit de Procopio Tyranno relatam eo ipso anno quo natus Valentinianus noster.

Ibid. A. 5. *Νίκης δὲ ἐπώνυμος.* PETAV. Is est Victor. cuius e nomine auspicium ducitur. Ita Corippus lib. I. ex Calinici nomine Iustino victoriam auguratur.

Mox agnita vox est,
Ante fores Domini Calinicum nuncia esse.
Auspicium felix illo de nomine cepit, etc.

Ibid. A. 10. *Ἐν ἀγκάλαις.* HARDUIN. Qui hunc in ulnis adhuc circumlatum, in expeditionem cum patre venisse audit, annon haec in quemvis potius quam in Valentiniani Senioris filium conferenda censeat? Cur enim is in Orientem missus, et adhuc infans, et in mediam Scytharum glaciem, et ad bellum, et procul à patre, et ad patruum? Cui scilicet adversus Gothos dimicaturo Valentinianus frater subsidiarias copias denegasset, affirmans, ut ait Socrat. quod *οὐ θέμις ἀμύνειν ἀνδρὶ θεομάχῳ:* huic ipsi ad illud ipsum bellum proficiscenti, nec hominis amplius impietatem, nec vindictam Numinis reveritus, filium commiserit?

Ibid. B. 7. *Σὺ δὲ οὐκ ἂν ἐκπλαγείης.* PETAV. Miratus sum eum, qui hic tonantem Iovem aut fulmen cogitat. Perstat enim Themistius in eadem ad Astyanactem Hectoris filium allusione, qui armatum Patrem videns expavit. Il. ζ.

Ταρβήσας χαλκόν τε, ἰδὲ λόφον ἱππιοχαίτην
Δεινὸν ἀπ' ἀκροτάτης κόρυθος νεύοντα νοήσας.

Ac fortassis *ἀκροτάτης* quoque apud Themist. pro *ἄκρας* ponendum, ut integer versus constet. Huc pertinent Claudiani versus illi Paneg. de III. Cons. Honorii.

Ille coruscanti clypeo te saepe volentem
Sustulit arridens, et pectore pressit anhelo
Intrepidum ferri, galeae nec triste timentem
Fulgur, et ad summas tendentem brachia cristas.

Ibid. C. 8. *Ἐπὶ τοῦ βήματος.* HARDUIN. Extant monumenta varia quae par Consulum exhibeant pro tribunali, *ἐπὶ τοῦ βήματος*, sedentium habitu Consulari, interdum etiam Augustali.

Ibid. D. 7. *Πρῶτον μέν γέ τοι τοὺς κύνας.* PETAV. Memorabile est Batonis cuiusdam Pannonici rebellium Ducis responsum, apud Dio. lib. 55. Qui sciscitantibus Romanis, cur defecisset; *Ὑμεῖς* (ait) *τούτων αἴτιοι. ἐπὶ γὰρ ἀγέλας ὑμῶν φύλακας οὐ κύνας, οὐδὲ νομέας, ἀλλὰ λύκους ἐπέμπετε.* Synes. eiusmodi milites eum cane comparat. *Οὐδέ μοι*

441 δοκεῖ διαφέρειν κυνὸς δι' αὐτὸ τοῦτο λύκους ὡς ποδῳκύτατα διώκοντος, ἵνα αὐτὸς ἐπὶ σχολῆς κεραΐζῃ τὴν πολιμνην, etc.

P. 122. A. *Ἡ Καλλιόπη.* HARDUIN. Phurnutus, c. de Musis. *Καλλιόπη δὲ, ἡ καλλίφωνος καὶ καλλιεπὴς ῥητορικὴ, δι' ἧς πολιτεύονται, καὶ δήμοις προσφωνοῦσιν ἄγοντες πειθοῖ καὶ οὐ βίᾳ ἐφ' ὅ τι ἂν προαιρῶνται. δι' ἣν αἰτίαν, ταύτην μάλιστά φησιν βασιλεῦσιν ἅμ' αἰδοίοισιν ὀπηδεῖν.*

Ibid. C. 2. *Αντὶ γὰρ οἰωνῶν.* HARDUIN. Optime id quidem congruit Valentis filio, quem natum scimus an. CCCLXVI. quo ipso anno debellatus est Procopius. At si Valentiniani Senioris filius fuit, quem tamen natum eo anno non esse demonstravimus; sed ut fuerit sane, quid hoc ad Valentem in Oriente positum poterat attinere? Porro non est hic Calvisius audiendus, qui Procopii caedem anno superiore CCCLXV. accidisse ait; quod Dagalaïphus a Valentiniano Seniore, cum ad eum Procopii caput delatum esset, anni sequentis Consul fuerit designatus, ut Ammianus refert. Nam aut memoriae lapsu gravissimo, aut pessima fide Iovini nomen quod Ammianus habet, in Dagalaïphum mutavit; quo perpetuum errorem suum in superiorum ac subsequentium annorum serie ac rebus gestis recitandis praeclara hac scilicet emendatione tueretur ac stabiliret.

P. 123. A. 6. *Ἢ οὐχ ὁρᾷς αὐτῷ.* PETAV. Plut. ad Princ. indoct. *Ἀνάξαρχος μὲν οὖν ἐπὶ τῷ Κλείτου φόνῳ δεινοπαθοῦντα παραμυθούμενος Ἀλέξανδρον, ἔφη Κλείτῳ δὴ τὴν δίκην εἶναι, καὶ τὴν τῶν θεῶν πάρεδρον, ἵνα πᾶν πραττόμενον ὑπὸ βασιλέως θεμιτὸν δοκῇ, καὶ δίκαιον.* Quae verba mirum in modum depravata emendabimus ex eiusdem Alexandri vita. Ubi Anaxarchi eadem illa verba referuntur: *οὐκ οἶσθα ὅτι τὴν δίκην ἔχει πάρεδρον ὁ Ζεὺς, καὶ τὴν Θέμιν, ἵνα πᾶν τὸ πραχθὲν ὑπὸ τοῦ κρατοῦντος θεμιτὸν ᾖ καὶ δίκαιον.* Unde in superiore Plut. loco *Κλείτῳ δὴ* muto in *τῷ Διΐ*, et *καὶ τὴν τῶν θεῶν*, in *καὶ τὴν Θέμιν.*

P. 123. B. *Ενα πρεσβύτην.* PETAV. Semetipsum, quantum auguror, Themistius significat.

Ibid. C. ult. *Αλλ' αὔξου φησὶ.* PETAV. *φησὶ* in *ἤδη* commutandum existimo.

P. 124. A. *Αλλο μὲν ἐλευθέρων.* PETAV. Sic et Theodosius apud Claud. Paneg. in 4. Consul. Honor. filium compellans.

Non tibi tradidimus dociles servire Sabaeos,
Armeniae dominum nec te praefecimus aulae:
Nec damus Assyriam, tenuit quam foemina gentem:
Romani qui cuncta diu rexere regendi.

Gregorius Papa ad Phocam Aug. *Hoc namque inter Reges*

gentium, et Reip. Imperatorem distat, quod Reges gentium domini servorum sunt, Imperatores vero Reip. domini liberorum.

Ibid. B. 6. *Ὑπάρχει δέ σοι τὰ μέν.* PETAV. His affinia sunt, quae ad Arcadium disputat Synesius.

Ibid. D. 3. *Εἴτε γὰρ τὸν πρεσβύτερον.* PETAV. Consentit cum his quae de Valentiniani creatione hic narrat Ammianus lib. 26. Ubi communi consensu, et approbatione militum, 442 absentem Valentinianum electum, et arcessitum ait.

P. 125. A. 3. *Εἴτε οὖν ἐκεῖνον ἐννοήσῃς.* PETAV. Difficilis, ac penè dicam inextricabilis hic locus. Quid enim? Valentinianus ille iunior, de quo hic est sermo, nonne Valentiniani filius est? Quae igitur ratio patitur post Valentiniani mentionem *τὸν ὄντως πατέρα* discerni, ac nominari Valentem? Age cum de Gratiano mox loquens *ἀνεψιὸν* appellat Consulis, non Valentis filium aperte hunc facit? Sic enim subinde. *Καὶ ὁπόσα ἂν περισκέψῃ σεαυτῷ ἢ θεῖος, ἢ βασιλεὺς, ἢ πατὴρ, ἢ ἀνεψιὸς πρὸς ζῆλόν σε ἐκκαλέσεται.* De cuius statim in Praeceptorem observantia pleraque subiicit. Atqui non *ἀνεψιός*, sed *ἀδελφὸς* Valentiniani appellandus erat Gratianus. De Valente ita produnt Eccles. Histor. ut Socrates lib. 4. c. 21. Unicum ei filium fuisse Galatem nomine, qui infantulus adhuc ob Patris perfidiam periit. Ad quem ne ea spectare quae in hac Oratione dicuntur, existimem, illud imprimis facit, quod nec iste Consulatum gesserit, neque collegam in Consulatu Victorem alius quam Valentinianus Iunior habuerit. Postremo cum de Imperatoria domo loquitur pag. 127. quatuor duntaxat enumerat, quorum Imperatores hactenus tres, quartus propediem sit cooptandus. *Καὶ δυεῖν ἑνὸς μέλει, μᾶλλον δὲ ἤδη τρισὶ, μελήσει δὲ ὅσον οὐδέπω καὶ τεττάρων ἑνός.* Ex quo facile coniici potest nondum, haec cum diceret Themistius, Galatem fuisse natum. Quamobrem huius explicandae difficultatis nullam me viam expedire posse ingenue profiteor. Unica esse potest, sed prope *συκίνη ἐπικουρία*, si dixeris adoptatum a Valente Valentinianum, ut ob id *ὄντως πατὴρ* eius appelletur, et Gratianus *ἀνεψιός*. Dici et illud potest: superiori in loco ante haec verba, *εἴτε οὖν ἐκεῖνον*, desiderari nonnihil, quo de Valente sermonem institueret, moxque subdidisse, *Εἴτε οὖν ἐκεῖνον*, id est, Valentem. Verum coniecturae istiusmodi mihi non satisfaciunt. Ampliandum itaque de ea quaestione censeo.

Ibid. *Εἴτε τὸν ὄντως πατέρα.* HARDUIN. Eum qui vere pater est a Valentiniano Augustorum altero secernit: puerum igitur quem compellat, longe alium esse oportet a Valentiniano iuniore. Nisi forte cum Valens pater esse dicitur, otiose hic

suspicere adoptionem aliquam, quam nemo veterum ausus est fingere.

Ibid. B. 6. *Ἢ θεῖος, ἢ πατὴρ, ἢ ἀνεψιός.* HARDUIN. Supervacanea est vox illa, *ἢ βασιλεύς*, itaque inducenda. Percommode autem patruum primo loco designat, qui primum vocatus ad imperium, collegam sibi postea fratrem adscivit; tum patrem, qui Valens; tum denique patruelem, qui Gratianus.

Ibid. C. 4. *Φοβερὸν μὲν εἶναι Κελτοῖς.* HARDUIN. Manifestis hic praeditur signis Gratianus Caesar; cum et Germanis Gallisque virtute terribilis; et moderatori tamen suo, ceu privatus foret, dicto audiens praedicatur. Is fuit Ausonius, quem mirifice coluit Gratianus, et Consulem fecit.

443 Ibid. D. 4. *Καὶ τοῦ ἀδελφοῦ.* HARDUIN. *Καταχρηστικῶς* Gratianum fratrem hic appellat, quem prius *ἀνεψιὸν* dixit. Sic orat. XIII. Iulianum Constantii fratrem nominat, qui patruelis fuit.

Ibid. D. 8. *Ἐκ περάτων γῆς.* HARDUIN. Ostendit iterum puerum quem compellat, in ea degere terrarum patre, in quam, cum sit illa omni doctrinarum genere excultissima, non sint ex ultimis terrae finibus arcessendi magistri, ubi suppetunt populares; cuius laudis quam fuerit avida tenaxque Graecia, nemo nescit. Simul idem innuit se de Valentiniano iuniore minime loqui, cui Ausonium ex ipsis Oceani et Galliae limitibus acciri oportuit praeceptorem.

P. 126. C. 2. *Ὁ τοῦ παντὸς οὐρανοῦ.* PETAV. Glossema sapit addita vox *οὐρανοῦ*. Mox *παρὰ τῶν ἄλλων* suspectum est, et *ἀνθρώπων* pro *ἄλλων* forsitan rectius est. Eandem porro sententiam attigit Cic. 2. de Nat. Deor. *Sed ipse Iuppiter, id est iuvans Pater, quem conversis casibus appellamus a iuvando Iovem, a Poëtis Pater Divumque hominumque dicitur: a maioribus autem nostris Opt. Max. et quidem ante Optimus, id est beneficentissimus, quam Maximus: quia maius est, certeque gratius, prodesse omnibus, quam opes magnas habere.*

Ibid. C. 4. *Καὶ τέτακται βασιλεύς.* PETAV. Corrig. *ἐκ βασιλέων βασιλεύς.*

Ibid. C. 9. *Ἱκανῶς γράφειν.* HARDUIN. Dele *ἱκανῶς.*

P. 127. C. ult. *Νῦν δὲ τὰ ἄλλα παρ' ὑμῶν.* PETAV. Obscurus, nec liquidae integritatis locus. Vellem ita reformare licitum esset: *οὕτω πρὸς Οὐαλεντινιανὸν* hoc sensu; Gratianus qui a vobis Imperium accepit, fraterum illum amorem erga Valentinianum exhibebit, cuius exemplum habet in parente.

Ibid. D. *Ὁ σὸς ἀδελφιδοῦς. Patruelis tuus.* HARDUIN. Reddi debuisset, *fratris tui filius*; haec enim vis proprie huic

vocí subest. Non de Valentiniano iuniore loquitur, qui nonnisi post triennium fere est natus; sed de Gratiano, qui ex Valentiniano fratre, Valentis, quem hic alloquitur, nepos fuit.

Ibid. D. 5. *Τὴν τήμερον τῆς ἀλουργίδος.* Petav. Vox ista *τήμερον* spuria est, ac reiicula. Rescribo *τήβεννον* favente sententia. Hic enim antithesi quadam Consulatus insignia eum Imperatoriis comparat. Consulum propria fuit imprimis *τήβεννος*, Toga, olim quidem praetexta, sub Imperatoribus vero Picta, quae eadem et Palmata, et Trabea, ut ex Ausonio liquet Paneg. ad Gratianum. Cassiod. lib. VI. in formula Consulatus. *Pinge vastos humeros vario colore palmatae. Validam manum victoriali scipione nobilitata. Lares proprios etiam calceis auratis egredere. Sellam curulem pro sua magnitudine multis gradibus eminus ascende.* Idem lib. IX. Ep. XXIII. eandem vestem Trabeam triumphalem nominat. Notum est enim sub Impp. eadem fere Consulum insignia fuisse, quae triumphantium olim extiterant. Cuiusmodi vestis illa fuit, quae quatenus acu picta, ac Phrygionio opere variis figuris intexta erat, adeoque auro distincta, Picta vestis appellatur. Quatenus vero Palmarum ac Trabium inter caeteras effi- 444
giem habuit, Palmata, vel Trabea dicitur. Festus in voce Picta. *Tunicas autem palmatas a latitudine clavorum dicebatur, quae nunc a genere picturae appellatur.* Picturae porro genus istud de Palmis intertextis accipio, quae eaedem haud dubie Trabes nominatae, quod eae truncо ac caudice trabium similitudinem referant. A quo Trabeis nomen impositum. Dion. lib. II. de Saliis loquens. *Καὶ τηβέννας ἐμπεπορπημένοι περιπορφύρους φοινικοπαρύφους, ἃς καλοῦσι τραβέας.* Interpres *Palmatis e purpura Togis amicti.* Quod *φοινικοπαρύφους palmatas* reddidit, magnopere probo. Nec enim placet quod in Thesauro Stephanus scribit *φοινικοπάρυφον vestem dici puniceo limbo praetextam*, sive *purpura praetextam vestem.* Hoc enim ipsum Dionysius altera voce declaravit, eum *περιπορφύρους*, Trabeas dixit, hoc est *purpura praetextas*, non *purpureas*, ut Interpres existimasse videtur. Quamobrem voces illae *παρυφὴ, πάρυφος, παρυφαίνειν*, ac similes non modo limbum ac vestimentorum oram exprimunt, sed et quippiam intextum Virgarum instar, authore Polluce lib. VII. c. XIV. aut ad alium modum. Neque enim recte Dionysii locum illum explicat Aldus Manut. lib. III. de quaesitis per Ep. Epistola III. ubi *περιπορφύρους φοινικοπαρύφους* interpretatur *purpura praetextas*, *puniceo colore alternis intertexto*, additque illud ipsum Trabeae genus esse, quod tertium facit Suetonius apud Servium VII. Aen. e purpura et cocco. Verum ambo ista simul intexta fuisse, non unum alteri in Trabea

praetextum, longe verisimilius est, et aliud omnino est φοινικοπάρυφος quam *coccineo colore intertexta*. *Τήβεννον* porro in Consulatu etiam Impp. usurpabant, sed gemmis ac lapillis ornatam, in quo a Privatorum Trabea distabat. Docet hoc diserte Synesius Orat. de Regno, ubi Imperatores significat, cum alias gemmatam tunicam induerent, in Consulatu similem togam adhibuisse. *Υμῖν δὲ* (ait) *οὐδὲ χιτὼν οὗτος ἀποχρῶν. οὐ γὰρ εἰσιτητὸν εἰς τῶν ὁμοτίμων τὸ βουλευτήριον, ἡνίκα ἂν τὴν ἐπώνυμον ἀρχὴν ἄρχητε, οὔτε ἀρχαιρεσιαζόντων, οὔτε ἐπ' ἄλλῳ τῳ συνεδριαζόντων, ἢν μὴ καὶ πέπλον τοιοῦτον ἐγκορδυλίσησθε.* Tametsi *πέπλου* vox ambigua sit. (Nam et de Imperiali chlamyde usurpatur a Trebellio in Saturnino, ubi *Peplum Imperatorium* vocat) nihilominus a Synesio ad Consularem Trabeam accommodatur hoc loco, cum chlamydem non in Consulatu modo, sed alio etiam tempore Impp. gererent. Atque illud praeterea ex his ipsis Synesii verbis colligitur; gemmatam non fuisse chlamydem, alioqui cur Consularis illius vestis potius quam ἁλουργίδος meminisset? Sed et Claudianus Paneg. 2. in Stilic. praeter chlamydem purpuream, gemmatam quoque togam in censu Imperatoriae vestis enumerat:

Quin et Sidonias chlamydes, et cingula baccis
Aspera, gemmatasque togas, virideaque smaragdos,
Loricas, galeasque, renidentesque hyacinthos,
Gestatosque Patri capulis radiantibus enses,
Et vario lapidum distinctas igne coronas
Dividis ex aequo; ne non Augusta supellex
Ornatusque pares geminis haeredibus essent.

Author huius instituti Diocletianus, de quo ita in Chron. Eusebius. *Διοκλητιανὸς προσκυνεῖσθαι ὑπὸ τῶν συγκλητικῶν, καὶ οὐ προσαγορεύεσθαι κατὰ τὸ πρότερον σχῆμα ἀπήτησεν. ἐκαλλώπισε δὲ καὶ τὸ ὑπόδημα χρυσίῳ καὶ μαργαρίταις, καὶ λίθοις τιμίοις. οἱ πρώην γὰρ βασιλεῖς κατὰ τοὺς ὑπάτους τετίμηντο, καὶ τῆς βασιλείας παράσημον μόνον εἶχον πορφυροῦν περιβόλαιον.* De calceamentis hic solummodo mentio. At Hieronymus etiam vestium meminit. *Primus Diocletianus adorari se ut Deum, et gemmas vestibus calceamentisque inseri iussit: quum ante eum omnes Imperatores in modum Iudicum salutarentur, et chlamydem purpuream a privato habitu plus haberent.* Graeca non *Iudices* sed *Consules* exprimunt. Eutropius lib. IX. *Ornamenta gemmarum vestibus calceamentisque indidit. Nam prius Imperii insigne in chlamyde purpurea tantum erat, reliqua communia.* Paeanius Eutropii Interpres: *πρότερον δὲ τὸ διαφέρον τῆς βασιλικῆς περιβολῆς ἀπὸ τῆς ἁλουργίδος ἦν μόνης.* Haec est ἁλουργίς,

quam τριβώνη oppositam esse a Themistio diximus, quae quidem Imperii παράσημον, ac proprius veluti character fuit. Hinc qui per nefas ac Tyrannidem Imperium occupabant, primum omnium ἁλουργίδα ac Purpuram usurpasse legimus, atque e Draconum vexillorumque nonnunquam insignibus detraxisse, ut de Saturnino Trebellius narrat. Sane privatis ἁλουργίδος, adeoque purpurae usus severissime interdictus est, lib. XI. Cod. Iust. Tit. IX. sed ὁλοπορφύρου duntaxat. *Proferantur* (ait Theodosius) *ex aedibus tradanturque tunicae, aut pallia ex omni parte texturae cruore infecta conchylii.* Permissa itaque purpura, cui color alius admistus. Cuiusmodi vestes *Graeco nomine a Latino Crustas vocant, in quibus alio admistus colori puri robur muricis inardescit.* lib. XV. Cod. Theod. tit. VII. de Scenicis, uti Cuiacius ad Iustin. Cod. observat. Quare quod in Glossario scriptum est *Crusta* γρύτα, videndum an ad vestium genus illud attineat, quasi frivolae ac reiiculae censeantur, quod a specie sive veste Principali reiicerentur. Quanquam scio *scruta* pro *Crusta* posse rescribi. Ex iis dubitari merito potest, privatorumne Consulum Togae atque Trabeae ὁλοπόρφυροι essent. Fuisse quidem purpureas plurimorum Scriptorum authoritatibus evincitur: velut Latini Pacati in Paneg. *Is vestrum* (inquit) *Valleo triumphalis et trabeati Merobaudis recordetur interitum: quorum alter post amplissimos Magistratus, et purpuras Consulares, et contractum intra unam domum quendam honorum senatum, vita se abdicare compulsus est.* Ubi *trabeate Merobaudes* legendum arbitror. Sidonius Paneg. Anthem.

Te picta togarum
Purpura plus capiat, quia res est semper ab aevo
Rara frequens Consul.

Ennodius Epigr. XXXII.

Quid palmata tuo tantum de murice vernas?
Plus fucante dedit purpura nostra tibi.

Adde Pictas vestes, qui Consulum ornatus erat, purpureas fuisse. Festus. *Picta quae nunc Toga dicitur, purpurea ante* 446
vocitata est, eaque erat sine pictura. Plut in Aemilio eandem ἁλουργίδα χρυσόπαστον appellat. Verum posteaquam saltem merae purpurae usus Imperatorum sanctionibus adeo vehementer prohibitus est, ac sacrae domui dedicatus, haud scio an Consulares Togae *in speciem sacri muricis*, ut Theodosii verbis utar, tinctae esse potuerint. Quam ad rem Legis verba diligenter attendenda sunt. *Temperent universi, cuiuscumque sint sexus, dignitatis, sortis, professionis et generis, ab huiusmodi speciei possessione, quae soli Principi eiusque domui dedicatur, etc.* Illustris sane locus est apud Ammian.

lib. XIV. ex quo facile illud animadvertitur, quam severe in eos inquisitum sit, qui huius generis purpuram usurparent. *Post haec*, inquit, *indumentum regale quaerebatur, et ministris fucandae purpurae tortis, confessisque, pectoralem tuniculam sine manicis textam, Maras quidam nomine inductus est, (ut appellant Christiani) Diaconus: cuius prolatae literae scriptae Graeco sermone ad Tyrii textrini praepositum, celerari speciem perurgebat, quam autem non indicabat.* Hanc pectoralem tuniculam ad Colobion, sive Dalmaticam refero, qua Diaconi etiam olim utebantur, cui haud absimile quiddam inter Principum ornamenta fuit. Acro ad haec Horatiana,

Praetextam, et latum clavum.

Latum clavum purpuram dicit, quae in pectore extenditur Senatorum. Graeco τὸν κολοβιῶνα vocant. Usum eius hodie retinent Principes, iniicientes vesti a cervice ad pectus indumentum ex purpura, vel pellibus pretiosis muris Ponfici, vel aliis, dum Regio habitu prodeunt in publicum. Idem Amm. lib. XVI. *Veterator quidam ad lautum convivium rogatus et mundum, qualia sunt in iis regionibus plurima* (de Aquitania loquitur) *cum vidisset linteorum toralium par, duos claves ita latissimos, ut sibi vicissim arte ministrantium cohaererent, mensamque operimentis paribus tectam, anteriorem chlamydis partem utraque manu vehens intrinsecus structuram omnem ut amictus adornaverat, principalesque res patrimonium dives evertit.* Corrigo *adornaverat principales, quae res pat.* etc.

Ibid. D. 6. *Καὶ τοῦ στεφάνου τὸ σκῆπτρον.* Petav. Scipionem eburneum, quem olim triumphantes, post etiam Coss. gerebant. Claud. de Consul. Probini et Olyb.

Ut sceptrum gessere manu, membrisque rigentes
Aptavere togas.

Apud Isidor. leviter corrupta ea vox est, lib. XVIII. c. II. *Namque et purpuream et palmatam togam triumphantes induebantur, et scorpionem* (Corr. scipionem) *cum sceptro in manu gerebant. Super scipionem autem aquila sedebat.*

P. 128. A. 4. *Τέτρωρον βασιλέων.* Harduin. Quadrigam Regum appellat geminum par Augustorum, orbi Romano inter se diviso imperrans, utrumque parentem videlicet cum suo quemque filio.

Ibid. A. 6. *Ομηλίκων σχεδὸν καὶ ὁμοχρόνων.* Harduin. Apposite admodum, *fere aequales;* dixit, nam ut Valentinianus Valentem fratrem vincebat, et aetate, quia maior natu; et tempore dignitatis, quia prior vocatus ad Imperium; ita Valentinianum Galatem Gratianus. 447

Ibid. A. 9. *Αλλ' εἰς τοῦτον μὲν τὸν ἀριθμόν.* PETAV. Forte *ὑφήνας* pro *ὁ φήνας* legendum erit, adeo ut verbum *αὐξήσειεν* cum antecedentibus *εἰς τοῦτον ἀριθμὸν*, copuletur, hoc sensu. *Qui Imperium veluti contexuit Deus, is ad quaternarium usque numerum augeat et perducat Imperatores, ac τέτρωρον sive quadrigam Impp. faciat, hoc est δύο ξυνωρίδας ac paria.* Illud porro ξυνωρίδος vocabulum in eadem significatione apud Hieronymum usurpatur. Ep. VIII. ad Demetriadem, *Fertur et omnium Christianorum laude celebratur, quicquid fuerat nuptiis praeparatum, a sancta Christi Synoride Virgini traditum.* Ubi Synoridem piae feminae proprium nomen esse Marianus frustra sibi persuaserat. Est enim par matronarum religiosissimarum, matris et aviae Demetriadis.

Ibid. B. 3. *Πρῶτοι μέν σε αὐτοκράτορα.* PETAV. Nam Valens Constantinopoli Imperator a Valentiniano factus, Ammian.

Ibid. C. 3. *Εν τῷ πρώτῳ.* HARDUIN. Forte, *πατρῴῳ.* Vide orat. IV. ad Constantium, pag. 53. B. 7. Hic enim Valentis filium compellare se iterum indicat, dum orat ut in paterno solio sedentem Urbs Regia tandem conspiciat cum, quem Consulem suum factum esse laetatur.

Ibid. C. 14. *Ιερὰν στολήν.* HARDUIN. Consularem fasciam seu stolam intelligit. Consularem cum dico, non de Romanae Reip. veteris, sed de citerioris aevi Consulum ornatu loquor. Stola haec decussatim stringi solebat, ut depingitur in Diptychis Leodiensibus, utque etiamnum hodie a Sacerdotibus Christianis stringitur, qui Regiis scilicet ornamentis donati sunt a Principibus.

Ibid. C. 9. *Εα δήμου φωνῆς.* PETAV. Malim *δῆμον.* Permitte, inquit, eius ut vocem ille populus accipiat, qui consuetudine Imperatorum fruitur.

Ibid. C. 11. *Ηπου καὶ στρατηγῷ.* PETAV. De collega Valentiniani Aurelio Victore loquitur, quem initio dixit *νίκης αἴτιον πολλάκις γεγονότα.* Ideo Valentem nunc rogat, ut ei paululum quietis ac vacationis concedat; atque utriusque Consulis publicae hilaritati copiam praebeat.

Ibid. D. 2. *Στῆσαι κρατῆρα.* HARDUIN. Ita locutus Chrysost. in illud, *Ego Dominus feci lucem.* Orat. XXVII. initio.

Ibid. *Εφέστιον ἡμῖν ... τῇ πατρίδι.* HARDUIN. Erat igitur Byzantinus Victor ille, de quo nos supra, Magister equitum, qui idcirco hic dicitur *τὸ σῶμα πολλάκις ὑπὲρ τῶν κοινῶν ἐπιδεδωκέναι.* Hunc locum certe non vidit Vossius, lib. de histor. Lat. cum alios secutus, historicum illum, cui praenomen Sexto Aurelio fuit, quem Afrum fuisse optimis conie-

eturis ipse probat, et nostrum hunc Consulem, qui Constantinopoli oriundus fuit, in unum eundemque conflavit.

Ibid. D. ult. *Ὥσπερ οἱ νικήσαντες Ὀλυμπιάσι.* Petav. Ingenti sane pompa, etiam ad fastidium ac molestiam usque, Hieronicarum ille triumphus traductus est. Quibus in patriam ingredientibus deiicere murorum partem solenne, ac receptum
448 fuit: nec non multa alia beneficia concessa. Memorabilis ea de re locus est apud Vitru. Praefat. lib. 9. *Nobilibus*, ait, *Athletis, qui Olympia, Pythia, Isthmia, Nemea vicissent, Graecorum maiores ita magnos honores constituerunt, uti non modo in conventu stantes cum palma, et corona ferant laudes, sed etiam cum revertuntur in suas civitates, cum victoria triumphantes quadrigis in moenia et in patrias invehantur, e reque publica perpetua vita constitutis vectigalibus fruantur.* De stipendiis publicis confirmat Dio lib. 52. et Plato 5. de Rep. Suet. Nero c. 25. *Reversus e Graecia Neapolim, quod in ea primum artem protulerat, albis equis introiit, dissecta parte muri, ut mos Hieronicarum est.* Hinc Sacrum certamen Isclasticum in Vet. inscrip. cuius victores dirutis muris invehebantur.

AD ORATIONEM X. NOTAE.

Petav. Gratulatur Valenti, postquam Gotthis suppliciter orantibus, quod ratum et inusitatum erat, pacem donavit: Historiam habet Amm. lib. 27. quae est huiusmodi. Procopio superato Valens adversus Gotthos Romanorum antea foederatos ideo profectus est, quod hi Procopio auxilium portassent. Ac primo impetu transgressus Istrum, agrum illorum longe lateque populatus est. Anno sequenti, cum transire iterum vellet, Danubii gurgitibus fusius vagatis impeditus est. Simili pertinacia tertio transmeans continuatis itineribus longius agentes Greutungos bellicosam gentem aggressus est. Quorum Iudicem Athanaricum in fugam coniecit. Qua clade perculsi Barbari Legatos ad Valentem miserunt. Quibus Imperator salubri consilio pacem dare oportere decrevit. Et quoniam asserebat Athanaricus sub timenda execratione iusiurandi se esse obstrictum, mandatisque prohibitum patris, ne solum aliquando calcaret Romanum, placuit navibus remigio in medium directis utrinque advehi. Qua ratione constituta pace, et receptis obsidibus, Valens Constantinopolim rediit. Haec fere

ad verbum Ammianum. Eadem habet et Zosimus lib. IV. HARDUIN. Habita est haec oratio Constantinopoli in Senatu, Valente Imp. audiente, sub finem anni CCCLXIX. vel sub initium anni CCCLXX.

P. 129. B. *Ποιήσασθαι πρόοδον.* PETAV. Miror tam argutam eius interpretationem, qui *πρόοδον* Exordium ad captandam benevolentiam esse ratus est. *Ποιήσασθαι πρόοδον* idem est ac progredi, nisi mavis *πρόσοδον*.

Ibid. C. *Τοῖς γεωργοῖς.* HARDUIN. Forte, *τοῖς μὲν γεωργοῖς*.

Ibid. C. 8. *Τοὺς ἡμετέρους τῶν ὁμογλώττων.* PETAV. Latina lingua Imperatores usi, atque Aulici: ob id *τὴν κρατοῦσαν διάλεκτον* vocat in Philadelph. Orat. VI.

P. 130. B. 4. *Εἴτε γὰρ τὸν Ἀλέξανδρον.* PETAV. Ideo ob pulsos Urbe Philosophos Domitianum agitans Sulpitia, quorundam Imperatorum exemplis utitur in Satira.

> *Ergo Numantinus Libycusque erravit in isto* 449
> *Scipio, qui Rhodio crevit formante magistro,*
> *Caetera et illa manus bello foecunda secundo.*

Ubi Rhodio perperam in quibusdam exemplaribus pro Rudio. Ennium enim intelligit. Vide Plutarch. Opusc. *Ὅτι μάλιστα τοῖς ἡγεμόσι δεῖ τὸν φιλόσοφον διαλέγεσθαι.*

Ibid. D. 3. *Εἰρήνην δὲ ἐν καιρῷ.* PETAV. Non alienum ab hoc loco est, quod de Lacedaemoniorum instituto narrat in Marcello Plutarch. Maiorem ei honorem habitum, qui bellum composita pace, sine armis, quam qui per caedem ac sanguinem terminasset, contra quam Romani facere solerent. *Καίπερ γὰρ ὄντες πολεμικώτατοι, μεῖζονα, καὶ μᾶλλον ἀνθρώπου πρέπουσαν ἡγοῦντο τὴν διὰ λόγου καὶ συνέσεως πρᾶξιν, ἢ τὴν μετὰ βίας, καὶ ἀνδρείας.*

Ibid. D. penult. *Οὐ γὰρ οὕτως ἀνήκοος.* PETAV. Plato I. de Leg. qui istud aptissima similitudine illustrat. *Ὁμοιον ὡς εἰ κάμνον σῶμα ἰατρικῆς καθάρσεως τυχὸν ἡγοῖτό τις ἄριστα πράττειν τότε, τῷδε μηδὲ τὸ παράπαν δεηθέντι σώματι μηδὲ προσέχοι τὸν νοῦν. ὡσαύτως δὲ καὶ πρὸς πόλεως εὐδαιμονίαν, ἢ καὶ ἰδιώτου διανοούμενος οὕτω τις, οὔτε ἂν ποτε πολιτικὸς γένοιτο ὀρθῶς πρὸς τὰ πολεμικὰ ἀποβλέπων μόνον, καὶ πρῶτον, οὔτ' ἂν νομοθέτης ἀκριβὴς, εἰ μὴ χάριν εἰρήνης τὰ πολέμου νομοθετοῖ μᾶλλον ἢ τῶν πολεμικῶν ἕνεκα τὰ τῆς εἰρήνης.*

P. 131. A. 9. *Πολέμου γὰρ ἄθλον εἰρήνη.* HARDUIN. Prudentius in Psychomach.

Pax belli exacti pretium est, pretiumque periculi.

Hinc nummis Imperatorum non semel inscriptum, MARTI PA-

CICERO; et Cromwelli Tyranni Anglici, PAX QUAERITUR BELLO.

Ibid. B. 6. *Πολέμου καὶ εἰρήνης.* PETAV. Multa de eo praeclare Synesius, orat. de Regno.

Ibid. C. 7. *Ἐξελεῖν οὔτε δυνατόν.* HARDUIN. Ut vere quidam pronunciavit, *τὸν σοφὸν μετριοπαθῆ μὲν εἶναι, ἀπαθῆ δὲ μὴ εἶναι.*

Ibid. D. 8. *Οστις μὲν ἀχρείων.* PETAV. Leg. *ἀγρίως*, vel *ἀφειδῶς.* HARDUIN. Leg. *ἀχρεῖον.*

P. 132. A. 5. *Ἀγαμέμνονα.* HARDUIN. Simile Severi Imperium adversus Britannos, a Romanorum iugo descisscentes, relatum a Xiphilino ex Dione:

Τῶν μή τις ὑπεκφύγοι αἰπὺν ὄλεθρον,
Χεῖράς θ' ὑμετέρας, μηδ' ὅν τινα γαστέρι μήτηρ
Κοῦρον ἐόντα φέροι· μηδ' ὃς φύγῃ αἰπὺν ὄλεθρον.
Nemo manus fugiat vestras, caedemque cruentam,
Non fetus gravida mater quem gestat in alvo,
Horrendam effugiat caedem.

Ibid. B. 2. *Οταν αὐτὸς ὀνομάζεις.* PETAV. Melius *αὐτόν.*

Ibid. B. 10. *Κῦρον φιλοπέρσην καλῶ, ἀλλ' οὐ φιλάνθρωπον.* HARDUIN. Atqui Pausanias in Arcad. aliique scriptores Cyrum patrem hominum appellat, quo respicere visus est
450 Themistius ipse Orat. XIX. Dio Prusaeus Orat. XLV. Nervam Augustum *φιλάνθρωπον* nominat. Hae porro appellationes *φιλοπέρσου, φιλορωμαίου*, et similes, quae a Themistio Principibus illis attribuuntur, quorum visa est in subiectos sibi populos benevolentia singularis et paterna; illae, inquam, ipsae in veterum Nummis et inscriptionibus, iis potissimum ascribuntur, qui foedere vel amicitia cum istis nationibus iungi se cuperent, et hoc probatae quasi fidei publicum ferre testimonium. Ita Cappadocum Rex Ariobarzanes, ut videre est apud Goltzium et Ursinum, et Ariarathes item Cappadox, et Archelaus, ut in nummo ipsius vidimus, dicemusque iterum ad Plinium, et Mannus Arabum Rex, Philoromaei epigraphen in suis nummis, ut honorificae in primis appellationis vocabulum inscripserunt. Meminit Ariobarzanis Philoromaei Tullius lib. XV. epist. II. Eodem consilio Herodes Agrippa, et *φιλοκαίσαρος* et *φιλοκλαυδίου* nomen sibi vendicavit, studiumque suum et fidem erga Claudium voluit publicis ac duraturis in omne aevum monumentis signari.

Ibid. C. 8. *Καὶ δὶς ἀνάστατον.* PETAV. Bis enim traiectum a Valente Danubium supra ex Ammiano retulimus.

Ibid. D. 6. *Καὶ τῆς γεφύρας.* PETAV. Pontem illum a Xerxe fabricatum describit Herodotus Polymnia. Sed tota eius oratio non obscura modo, sed et quibusdam asperis maculis,

nec ab interprete fideliter explicata. Itaque non vulgarem, opinor, a studiosis adolescentibus gratiam inibimus, si eorum industriam hac in parte labore nostro diligentiaque sublevemus.

PONTIUM A XERXE IN HELLESPONTO FABRICATORUM ILLUSTRATA DESCRIPTIO.

Scribit Herodotus. *Καὶ οἱ μὲν ταῦτα ἐποίεον, τοῖσι προσέκειτο αὕτη ἡ ἄχαρις τιμή. τὰς δὲ ἄλλοι ἀρχιτέκτονες ἐζεύγνυσαν. Ἐζεύγνυσαν δὲ ὧδε. Πεντηκοντέρους, καὶ τριήρεας συνθέντες, ὑπὸ μὲν τὴν πρὸς τοῦ Εὐξείνου πόντου, ἑξήκοντά τε καὶ τριηκοσίας, τοῦ μὲν πόντου, ἐπικαρσίας, τοῦ δὲ Ἑλλησπόντου, κατὰ ῥόον, ἵνα ἀνακωχεύῃ τὸν τόνον τῶν ὅπλων. συνθέντες δὲ ἀγκύρας κατῆκον περιμήκεας τὰς μὲν πρὸς τοῦ πόντου τῆς ἑτέρης, τῶν ἀνέμων εἵνεκα τῶν εἴσωθεν ἐκπνεόντων. τῆς δὲ ἑτέρης τῆς πρὸς ἑσπέρης τε καὶ τοῦ Αἰγαίου, Εὔρου τε καὶ Νότου εἵνεκα. Διέκπλοον δὲ ὑπόφαυσιν κατέλιπον τῶν πεντηκοντέρων, καὶ τριχοῦ, ἵνα καὶ ἐς τὸν πόντον ἔχῃ ὁ βουλόμενος πλέειν πλοίοισι λεπτοῖσι, καὶ ἐκ τοῦ πόντου ἔξω. ταῦτα δὲ ποιήσαντες κατέτεινον ἐκ γῆς στρεβλοῦντες ὄνυξι ξυλίνοισι τὰ ὅπλα, οὐκέτι χωρὶς ἑκάτερα τάξαντες, ἀλλὰ δύο μὲν λευκολίνου δασάμενοι ἐς ἑκατέρην· τέσσερα δὲ τῶν βυβλίνων. παχύτης μὲν ἦν αὕτη, καὶ καλλονή. κατὰ λόγον δὲ ἦν ἐμβριθέστερα τὰ λίνεα, τοῦ τάλαντον ὁ πῆχυς εἶλκε. Ἐπεὶ δὲ ἐγεφυρώθη ὁ πόρος, κορμοὺς ξύλων καταπρίσαντες καὶ ποιήσαντες ἴσους τῇ σχεδίῃ τῷ εὖρεϊ κόσμῳ ἐπετίθεσαν κατύπερθε τῶν ὅπλων τοῦ τόνου. Θέντες δὲ ἐφεξῆς ἐνταῦθα αὖτις ἐπεζεύγνυον. ποιήσαντες δὲ ταῦτα ὕλην ἐπεφόρησαν, κόσμῳ δὲ θέντες καὶ τὴν ὕλην γῆν ἐπεφόρησαν· κατανάξαντες δὲ καὶ τὴν γῆν, φραγμὸν περιείρυσαν ἔνθεν, ἵνα μὴ φοβέηται τὰ ὑποζύγια τὴν θάλασσαν ὑπερορῶντα καὶ οἱ ἵπποι.* Quae nos Latine sic interpretamur. *Igitur ii,* 451 *quibus ingrati muneris honor ille delatus est, Regis iussa perficiunt* (Mari videlicet verbera infligunt, et Architectis capita praecidunt. Neque enim recte haec Laurentius accepit.) *Pontes vero alii Architecti hunc in modum iniunxerunt. Quinquaginta remorum actuarias ac triremes ita componerunt, ut alteri Pontium, qui Euxino Ponto obversus erat, CCCLX. substernerent, totidem alteri qui Aegaeum spectabat. Eae porro ad Ponti situm obliquae, secundum Hellesponti fluxionem ac decursum directae erant, ut eo rudentum contentio immota sisteretur. Quibus compositis longiores anchoras demittunt: in illo quidem Ponte, qui Euxinum respiciebat, adversus interiorum ventorum flatus: in altero vero qui ad occasum et Aegaeum mare vergebat, ut contra*

Subsolanum atque Austrum munirent. Triplex porro in actuariarum serie spatium ad enavigandum interceptum, per quod ultro citroque tam in Pontum quam a Ponto in exterum mare lembis ac scaphis evehi liceret. His peractis, extentos a terra rudentes ligneis ungulis contorquent: Nec ut ante separatim cuiusque generis, sed utrinque lineos duos, quatuor byblinos distribuunt. Horum crassitudo elegantiaque par, linearum pondus proportione maius, nam cubitus talenti pondo erat. Iniuncto freto dissectos codices, et ad pontis latitudinem adaequatos super extentis rudentibus ordine insternunt. Tum iis rursum adstrictis tumultuaria ligna ac ramalia imponunt. Quibus seriatim dispositis terram desuper iniiciunt. Eam ubi aggessere, ducto septo hinc atque inde vallant, ne iumenta atque equi maris prospectu consternarentur. Haec ille.

Qua in descriptione primum illud considerandum est. Duos initio Pontes Hellesponto impositos fuisse, τὴν μὲν λευκολίνου, hoc est, ex lineis rudentibus, a Phoenicibus, τὴν δὲ ἑτέρην τὴν βυβλίνην, ab Aegyptiis. Quibus tempestate disiectis, totidem instaurari iussi, quorum delineationem hic proponit Herodotus. In qua cum mendosa quamplurima sint; tum singulare illud initio statim occurrit. Est enim ἀναπόδοτος minimeque consequens narratio. Dixerat ὑπὸ μὲν τὴν πρὸς τοῦ Εὐξείνου etc. *Sub eo ponte, qui Euxino erat obiectus, naves CCCLX. fuisse substratas.* Ergo membrum aliud deest, quo alteri Ponti subiectarum navium numerus commemoretur. Atque istud ipsum fingi potest eiusmodi, ὑπὸ δὲ τὴν πρὸς τοῦ Ἀγγαλου ἑξήκοντα καὶ τριηκοσίας, vel uno verbo, τοσαύτας, aut aliquid ad eum modum, quod et Valla animadvertit, qui ita supplet: *item ab altero latere CCCXIV.* Sed nulla ratio est cur tanto plures in altero ponte fuerint. Haec autem verba, ὑπὸ δὲ τὴν, ad Pontes singulos referenda censeo, nec recte Vallam interpretari, *ab uno latere.* Quemadmodum in eo quod sequitur, τὰς μὲν πρὸς τοῦ Πόντου τῆς ἑτέρης, restituendum arbitror, τῆς μὲν πρὸς etc. Eo quod subinde sequitur: τῆς δὲ ἑτέρης. Duo siquidem Pontes iniuncti sunt: alter peditibus equitibusque transmittendis, alter veterinis et impedimentis. Proinde κατῆκον τὰς ἀγκύρας τῆς ἑτέρης, *ex altera demiserunt anchoras*, prorsus legendum. Iam ut caetera capiantur, sic habeto: Ponti nomen laxe ita sumi, ut et Propontidem comprehendat, quae media Hellespontum inter et Euxinum interiacet. Deinde quantum ex hoc
452 loco colligitur, Pontici maris ac Propontidis aquas, quae in Hellespontum influunt, non recta et κατ' εὐθεῖαν illabi, sed obliquo flexu ad dextrum, hoc est Europeum litus decurrere.

Quod idem in Bosphoro Thracio contingit. Ibi enim Byzantium versus ὁ ῥοῦς, sive maris fluxio declinat, ut Polybius lib. IV. pag. 311. accuratissime prodit, et Procopius lib. IV. Gotth. Quippe a Maeotidis paludibus et Ponto fluminis instar in Propontidem, Hellespontum, et Aegaeum, maris unda perpetuo defluere videtur, ut iidem Scriptores meminerunt. His animadversis ea cuiusque Pontis fabricandi ratio fuit, ut cum CCCLX. naves utrinque dispositae essent, strigae ipsae, sive *στοῖχοι*, non ab Asiae continente in adversam e diametro litoris partem dirigerentur, sed nonnihil secundum maris decursum, hoc est, *κατὰ τὸν ῥοῦν*, obliquatae ducerentur. Causam affert Herodotus, *ἵνα ἀναχωχεύῃ τὸν τόνον τῶν ὅπλων*. Quae Laurentius Valla ita vertit, *ut stabiliret funes armamentorum*, sed perperam, nisi fallor. Nam ὅπλα rudentes istic significant, *τόνος* vero contentionem ac firmitatem. *Ἀναχωχεύειν* proprie est inhibere, cum suborta tempestate contractis velis in salo fluctuantur, *ὅταν χειμῶνος ὄντος ἐν πελάγει στείλαντες τὰ ἄρμενα ἑαυτοὺς σαλεύωσιν*, ait Hesychius et Phavorinus. Navem inquam, reprimere, ac continere. Ut igitur secundi maris impetus ac decursus rudentium contentionem ac rigorem adiuvaret, ac velut inhibendo contineret; navigiorum utramque seriem ad illum accommodarunt. Proinde non male Laurentius *ἀναχωχεύειν*, stabilire interpretatus est, si *μεταληπτικῶς* accipias. Idiotismus vero noster aptissime ita concipiet: *Afin que le fil de l' eau tinst les chables en estat, et les empeschast de se lascher.*

Paululum obscuriora sunt quae sequuntur, *Διέκπλοον δὲ ὑπόφαυσιν*, etc. Ubi Laurentius disiunctim legisse videtur, *ὑπὸ φαῦσιν* ac vocem ipsam *φαῦσιν* ad Orientalem retulit. Ego vero *τὴν ὑπόφαυσιν* idem esse puto quod apud Lucianum in Vera Historia *ἀραίωμα*, hoc est, laxitatem, sive interceptum spatium et vacuum, per quod *ὑποφαίνεται*, apparetque lux. Ut hoc velit Herodotus: relictum inter naves triplex interstitium per quod ultro citroque commeare navigia possent, ita ut *ὑπόφαυσις* ipsa sit *διέκπλους*. Quanquam magna mihi suspicio est pro *καὶ τριχοῦ* substituendum *καὶ τριήρεων τριχοῦ*. Quippe series ipsae tam *πεντηκοντέρους* quam *τριήρεας* habebant, et utrasque proinde interruptas esse oportuit. Substratis navibus crassos rudentes desuper constringunt, quibus trunci ac codices insiderent. Utrinque vero lineos duos ac byblinos quatuor illigarunt, ita ut singulis strigis sex omnino rudentes instrati sint, et in totum XII. fuerint. Lego postea, *ὧν παχύτης μὲν ἦν αὐτὴ, eadem erat crassitudo.* Tum *σχεδίης* vocem de subiectis navium ordinibus accipio, non, *ratem*, ut Laurentius, interpretor. Postremo per *ὕλην* tumultuaria ligna ac

ramalia intellige, quod et verbum ἐπιφορῆσαι satis arguit. Caetera satis expedita.

P. 133. A. 8. *Τὴν δὲ ὑμετέραν κατηδέσθη*] PETAV. Aut ἡμετέραν reseribendum: aut ab ipsis Senatoribus missum se esse deprecatorem innuit.

453 P. 135. A. 9. *Ην οὖν θέαμα ἄπιστον*] PETAV. De hoc enim Synes. orat. de Reg. καὶ μισθὸν εἰρήνης ἀξιοῦσαι πράττεσθαι. Similis et Plinii gratulatio ad Traianum. *Accepimus ergo obsides, non emimus: nec ingentibus damnis, immensisque muneribus paciscimur, ut vicerimus.*

Ibid. D. 7. *δυνάμεως ἔχων,*] PETAV. Forte ἱκανῶς ἔχων.

Ibid. D. penult. *Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ τῶν φρουρίων.*] PETAV. Anonymus Author de rebus bellicis: *Est praeterea inter commoda Reip. utilis limitum cura, ambientium ubique latus Imperii. Quorum tutelae assidua melius castella prospicient: ita ut millenis interiecta passibus stabili muro, et firmissimis turribus erigantur. Quae quidem munitiones possessorum distributa solicitudo sine publico sumptu constituat, vigiliis in his, et agrariis exercendis, ut provinciarum quies circundata quodam praesidii cingulo inlaesa requiescat.* Ubi pro *agrariis* vide utrum *angariis* rectius sit. Quae sunt iumentorum vel plaustrorum praestationes ad armorum commeatuumve transvectionem. L. XI. Cod. Iust. Tit. X.

P. 136. A. 5. *Τροφῶν δὲ θησαυρούς*] PETAV. In limitibus horrea et apothecae erant, ubi militaris annona condebatur. Vop. Probo. *Agros et horrea, et domos, et annonam Transrhenanis omnibus fecit, iis videlicet quos in excubiis collocavit.* Vegetius L. III. c. III. Capitolinus Gordiano. *Cuius viri tanta in Rep. dispositio fuit, ut nulla esset unquam civitas limitanea potior, quae non posset exercitum Pop. Rom. ac Principem ferre: quae totius anni in aceto, frumento et farido atque hordeo, et paleis condita non haberet*, etc. Condita enim vocabant, hoc est, annonarias species, quarum δείγματα, hoc est *Proba* Imperatoribus offerebantur. Ammianus L. XXI. in fine. *Eique vehiculo insidenti quod portabat reliquias, ut Principibus solet, annonae militaris offerebantur indicia, ut ipsi nominant, proba.* Quidam Probam hic legit, et ex L. XII. Cod. Iust. Tit. XXIV. haec affert. *Ut ab stratoribus unus tantum solidus probae nomine poscerctur.* Sed hoc loco *Proba* pro probatione sumitur. At τὰ *Proba* specimina ipsa sunt, quae probandi gratia repraesentantur. Egregius ea de re locus est apud Cassiodorum L. IX. Epist. V. sed a viris eruditis perperam meo iudicio acceptus. *Ut sive in gradu, sive in aliis locis frumentorum condita potuerint*

suorum, habitum vitae inquirique, dotium, vel familiarii suae dotium habeant, quantum se expendere posse cognoscit. Qui Notas ad hunc Authorem scripserunt *gradus* hic intelligunt, e quo panes gradilis distribuebantur, de quibus nos alias. Sed nulla, ut opinor, sensu. Iubet enim Athalaricus privatorum hospes servari, ut quod necessarium cuiusque annonae superfuerit, vendere cogantur. Nec de gradibus quorsum memineris, equidem video. Quamobrem errore Librariorum accidisse puto ut *gradus* minute *g* pro *Gradus* per maiusculum *G* scriberetur. Et utique Gradum insulam, Urbemque significat in stagnis Venetis positam, ubi postea adversus Aquileiensem Patriarcham Schismaticum Patriarcha novus a Catholicis ordinatus est, anno Christi DCV. Paulus Diaconus L. XXXIV. Quod vero *Condita* a Cassiodoro pro apothecis ipsis usurpari putat Stewechius ad Vegetium, mihi non persuadet. Nam frumentum, condita gerinde accipio, ac Plinianum illud: *Nec graecula annona.* Nec aliter in Cod. Theod. intelligendum arbitror. *Cardiarium* appellare mallem locum ipsum. Quae vox in Glossis Isidori pro *aerario* sumitur. In vet. Inscript. mentio fit Praefecturae cuiusdam *A Copiis militaribus.* Idem enim Copiae significant. Unde et *copiari* castrense verbum apud Gellium L. XVII. c. II. Horrea demum Provinciarum Praesides inspiciebant, iidemque Custodes apponebant, de quibus in Cod. Theod. 454

Ibid. C. 2. *Ἀμείνους αὐτῶν ἐκδρομῶν.* PETAV. Corr. δὲ ἐκδρομῶν.

Ibid. D. penult. *Ἄθρου διαῤῥέοντος.* PETAV. Scribe *οὐκ ἄθρου* ex Regio.

P. 137. B. 1. *Ὅσα τε ἦν οἷον.* HARDUIN. Corr. *ὅσα οἷόν τε ἦν.*

P. 138. A. 5. *Τὸν Ἀλκίφρονος Δημοσθένην.* HARDUIN. A Thucydide lib. III. p. 234. a *Ἀλκισθένους*, Alcisthenis filius appellatur. De Sphacteria idem prolixe lib. IV. Cave Demosthenem illum cum Oratore confundas.

P. 138. B. 8. *Ὡς ἐκεῖνοι μάλιστα*] PETAV. Videtur loco *ἀληθεύουσιν*, substituendum *εἰρηνεύουσιν*, aut *εἰρήνην* addendum. Thucyd. lib. I. *τὴν ξυμμαχίαν ποιοῦνται*, sit, *τῶν ἀνθρώπων ἐμπλεῖστον ἀφέλιμον ὡς ἐν τῇ μὲν παρασκευῇ δίκαιος πρόσοικον· τῇ δὲ γνώμῃ ἢ ἀδυνάτους δῆλοι ὦσι μὴ ἐπιτρέποντες.* Syrian. ad Aristid. *Ἔστι μὲν, πολεμικὸς πανταχοῦ μᾶλλον εἰρηνικός· μάνῳ γὰρ ἔξεστιν εἰρήνην ἄγειν τῷ δυναμένῳ τὰ ἀδικοῦντα κωλύειν.* Plinius, Panteg. *Nec ultimus bella, nec primus.* Dio, Chrys. Orat. I. de Regno. *Καὶ μικὸς μὲν οὕτως ἐστὶν ὥστε καὶ πολεμεῖν.* Corr. τὸ, ut et Interpres legit. Tametsi Casaubonus minus probatur.

Ibid. D. 7. *Καταδεέστερο εἶναι*] For. *καταδεέστερος*.

P. 139. A. 8. *Μελαγκόμας ὄνομα*] De eo videndus Dio Chrysost. Orat. XXVIII. et XXIX.

P. 140. A. 3. *Θετταλίας δὲ λεόντων*] Petav. Aristoteles VI. Hist. an. CXXXI. *σπάνιον δὲ τὸ γένος τὸ τῶν λεόντων ἐστὶ, καὶ οὐκ ἐν πολλῷ γίνεται τόπῳ, ἀλλὰ τῆς Εὐρώπης ἁπάσης ἐν τῷ μεταξὺ τοῦ Ἀχελώου, καὶ τοῦ Νέσσου ποταμοῦ.* Quod ab Herodoto accepit, qui L. VII. idipsum testatur: ultra Acheloum, et Nessum qui Abderitas alluit, leonem in Europa reperiri nullum. At Dio Chrysost. Orat. XXI. leonum genus in Europa defecisse prodit his verbis. *ἦ δεινὸν λέγεις, εἰ ὥσπερ φυτόν τι ἢ ζῶον ἐκλελοίπασι τῷ χρόνῳ οἱ καλοί. εἶον δή φασι τοὺς λέοντας παθεῖν τοὺς ἐν τῇ Εὐρώπῃ. οὐ γὰρ ἔτι αὐτῶν εἶναι τὸ γένος. Πρότερον δὲ ἦσαν καὶ περὶ Μακεδονίαν, καὶ ἐν ἄλλοις τόποις.* Quod quidem significare hoc loco Themistius videtur, unaque et elephantos in Africa, et hippopotamos in Nili stagnis esse desiisse. Harduin. Nonnus tamen qui multum a Themistii saeculo abfuit, adhuc sua aetate visos esse testatur, lib. XXVI.

Ibid. A. ult. *Ἀχαϊκός*. Harduin. L. Mummium signat, qui Corinthum cepit: mox Aemilium Paulum, qui Macedoniam subegit.

Ibid. C. 6. *Πύῤῥος ἦν*. Harduin. Rem narrat Plutarchus eleganter, in Pyrrho, pag. 391.

455 P. 141. A. *Οὐδὲ ὅρος οὐδείς*. Harduin. Tullius in eo argumento habitat, ut solet, ornate, Paradoxo sexto *solum sapientem esse divitem*.

AD ORATIONEM XI.

NOTAE IOANNIS HARDUINI.

Habita est haec oratio Constantinopoli in Senatu, coram Valente, an. CCCLXXIII. in Decennalibus. Virtutes Augusti praecipuas, literarum amorem, humanitatem, providentiam, opera deinde publica, dicendo ornandoque exaggerat.

P. 141. D. 3. *Δορυφορεῖν*. Forte *δωροφορεῖν*.

Ibid. D. 5. *Ἡ χλαῖναν πορφυρέην*. Aetate Tiberii insigne Imperii non fuit in Purpura: unde Iuvenal. Satyr. VII.

——— *Purpura vendit*
Causidicum.

Poetae purpura vulgo interdicta, solis Impp. data. Hinc sumere purpuram, pro sumere Imperium; et in tumultuariis Imperatorum creationibus direptam in hunc usum a vexillis purpuram, aut de simulacris Deorum a militibus, cum aliunde non suppeteret, historiae Augustae Interpretes adnotarunt. Dicta illa deinde, *Purpura summa*, *Purpura Principalis*, *sacer murex*, *purpura veri luminis*, etc. Quod ad Homericam χλαῖναν attinet, Graeci notant esse ἡρωϊκὸν φόρημα. Quare laenam Aeneae assignat Poëta, IV. Aeneid. 10. 262.

——— *Tyrioque ardebat murice laena*
Demissa ex humeris.

P. 142. A. 6. *Ὥσπερ ἱερῶν τῷ Διί.* Quae quibus Diis hostiae immolari solitae essent, vide Alex. ab Alex. l. II. et III.

P. 143. B. penult. *Εστι μὲν δὴ ἀτεχνῶς λόγος ἔργου σκιή.* Effatum hoc Democrito tribuitur a Plutarcho, l. de puerorum educ. *Καὶ μέντοι καὶ τῆς αἰσχρολογίας ἀπακτέον τοὺς υἱεῖς. λόγος γὰρ ἔργου σκιὴ κατὰ Δημόκριτον.* Isidorus Peluscota l. III. ep. 232. refert ad Lacedaemonios. *Παρὰ Λακεδαιμονίοις τοῖς σκιὰς τῶν πράξεων τοὺς λόγους εἶναι εἰκότως ὡρισμένοις τὸν αἰσχρῶς βεβιωκότα οὐδὲ γνώμην ἀγαθὴν ἀποφήνασθαι ἐξῆν.* Verum alio ac longe diverso significatu ac sensu usurpari animadvertet a Themistio, is qui hunc locum et accurate expenderit et contulerit diligenter cum altero huic plane gemino, orat. XVI. pag. 200. ubi paulo expressius habet: *Λέγεται μὲν οὖν παρὰ πολλῶν, ὡς λόγος ἐστὶν ἔργου σκιὰ, καὶ οὐδαμῶς ἀντίῤῥοπον χαριστήριον.* Quam sententiam fusiore paulo interpretatione explanare operae pretium est. Est illud, inquit, communi hominum sermone tritum, a factis plurimum discrepare verba; factis amicitiam, factis memorem animum, factis laetitiam et gratulationem comprobandam esse, non verbis: quae si sola per se praecise spectes, et levia sunt, nec sincerorum animi sensuum expressam effigiem, sed umbram referunt. Quod si perpoliendae orationis tempus festinatio Principis vel abrupit omnino, vel nimio plus contraxit, si incultam adeo prodire necesse est et incomptam, quanto illam minus ut ornamenti et curae, sic pretii, autoritatis, ac momenti habituram censes? Erit fortasse cui brevior haec interpretatio hoc loco magis arrideat. Praestare magnum, dicere leve quiddam est: quanto igitur levius id necesse est videri, si cogar etiam imparatus aggredi ad dicendum? De tributo orationum annuo, quod pensitari Imperatori soleret, Themistius ipse admonuit, initio superioris orationis. 456

Ibid. C. 8. *Αττα ἐν ὀλίγῳ δεδύνημαι.* Abiudicat a se gloriolae illius cupiditatem quam captare alii videbantur, αὐ-

τοσχεδιάζοντες, hoc est, extemporali oratione. De hoc argumento agit iterum Themist. orat. XXV. pag. 310. Vide Cic. lib. II. de Finib. Damnant hanc exercitationem extemporaneam in adolescentibus Fabius lib. II. c. IV. Plutarch. lib. de educ. pueror.

Ibid. C. ult. *Ὥσπερ οἱ γεωργοί.* De Valente Ammian. lib. XXXI. *Tributorum onera studio quodam mollions singulari, nulla vectigalium admittens augmenta*, etc. Factum id his Decennalibus Themistius admonet.

Ibid. D. 3. *Ἀφήσει δὲ . . ὀφλήματα τῶν χρημάτων.* An hoc praestiterit Valens, quod Themistius pollicetur, obscurum est. Memorabile certe in eo genere quod Spartianus commemorat in Hadriano, de crematis illius iussu eorum syngraphis qui debebant *ἔξωρα ἐλλείμματα*. Et est in Camelio Regio nummus huius rei testis et index, in quo syngraphas igni cremat Hadrianus, cum epigraphe, RELIQUA. VETERA. ITA. NOVIES. MILL. ABOLITA.

P. 144. B. 5. *Οὐ συγχωρήσει τὰ παιδικά.* Vocem hanc ad amorem ingenuum atque honestum saepe transferri sciunt quotquot Graece norunt; ita ut quod quis diligat, illud ipsum, *τὰ παιδικά*, delicias suas, amores suos vocitet, hoc est, gerere se in oculis dicat.

Ibid. C. *Τῷ τότων.* Forte τὸ.

Ibid. D. ult. *Πολυϋμνήτου φιλανθρωπίας.* Quam sint isthaec adulatorie dicta, vide eruditum Petavium in notis ad pag. 93. orat. VII. Sed sunt haec forte non *ἐπαινετῶς* accipienda, sed *παραινετικῶς*. Potest tamen ad Valentis laudem, sin minus Themistii, at Libanii certe testimonium aliquid habere ponderis. Is enim cum et amicus Procopii, et cum Hypsochio et Andronico Procopianae factionis praecipuis auctoribus magna fuerit necessitudine coniunctus; tamen in lib. de vita sua, Valentem laudat quod una cum tyranno tyranni amicos necandos non duxerit. Qua de re Themistius egregie paulo infra.

P. 145. B. *Καλὰ μὲν δή.* De Aristotele, vide Gell. lib. IX. c. 3. De Xenocrate, Plutarch. in Alex. De caeteris alibi diximus.

Ibid. B. 7. *Τοῦ Διὸς ἐπωνύμου.* Non Diocletianum intelligit, qui Iovius a Iove est appellatus: id enim non ei nomen, sed agnomen erat: neque Diocletiani recens tum memoria sane fuit, anno scilicet Valentis decimo, post Diocletiani excessum fere sexagesimo. Sed Iovianum signat scilicet, cui a Iove Latinum nomen: quemadmodum Victori Consuli, a victoria; quem idcirco *νίκης ἐπώνυμον* Themistius vocat orat. IX. pag. 121. uti nunc Iovianum *τοῦ Διὸς ἐπώνυμον*.

Ibid. D. Ἔλυσε λαμπάδη. Festa pompa celebrantes.

P. 146. A. ult. Γέτης ἡνίκα δορύστης. Athanarico 457
Getarum Iudici seu Regulo pacem postulanti concessit Valens, a. CCCLXIX. quo de pace dictum est a nobis oratione superiore.

Ibid. B. 5. Καὶ καλκαῖ μέν. Locum hunc qui foede corruptus est et mutilus, sic fere commode restitui posse censemus: Καὶ τὴν εἰρήνην ἐσέβετο. Τοῦτο δὲ μαρτυροῦσι καὶ χαλκαῖ μὲν αὗται εἰκόνες ἐπὶ στοιχείου τοῦ μεγάλου, προεδρίαι δὲ ἀπανταχοῦ, ἀφορμαὶ δὲ εἰς τὰς πόλεις τὰς δεομένας, etc. Significat videlicet Imperatoris benignitate effectum, ut Philosophia veneratione caret, cum apud Romanos, tum vero etiam apud Scythas. Testis Scytha Getave, qui dum pacem cum Valente Augusto iniret, miratus est eam esse consiliorum ipsius omnium sociam atque participem. Testes ereae statuae Philosophis dicatae ac positae, iuxta Imperatorias, et Augustales, testes praerogativae sessionis, ubique concessae: testis illa denique singularis cura dimittendi in alias civitates homines eruditos, qui hanc disciplinam ceteros edocerent. Sic enim reddenda fuit vox illa ἀφορμαὶ. Erectas sibi statuas aereas, et quidem geminas indicat, neque hoc modo oratione, sed et orat. XXXI. pag. 353. quae *de sedis praerogativa* inscribitur, quam eximii cuiusdam praemii loco nunc nunquam commemorat. Scythas porro dici pro Gothis, tum apud Libanium, Eunapium, aliosque, tum apud Themistium ipsum, tralatitium est.

Ibid. C. 8. Φιλοσοφοῦντα. Maximum Philosophum, vel Priscum intelligit.

Ibid. C. penult. Βασιλέως δὲ ἴδιος κόσμος. Vide quae in eandem sententiam habet orat. I. ad Constantium, unde multa huc transtulit.

P. 147. D. 3. Οὐδέ σε λήθω. Minervam Ulyxes alloquitur, Iliad. χ. vers. 280.

P. 148. A. Ἦν πάντεσσι. Iliad. χ. v. 291.

Ibid. C. Τῷ παλαμναίῳ. Perstringit obiter tum Procopii sociorumque necem, tum veniam iis concessam, qui non improbitate, sed fato et nimia quadam facilitate esse illi addixerant. Vide Orat. VII. quae in simili argumento fere tota versatur.

Ibid. D. 5. Περσῶν δὲ ἀφαιρεῖται. Haec eo anno dicta nimirum, quo Persicam expeditionem Valens meditabatur.

P. 149. A. 2. Ὁ Πλάτων. Lib. IV. de Repub. pag. 440. edit. Steph.

Ibid. B. 4. Ὁ δὲ ἀνασώζεται Ἀρμενίους. At scelestum facinus dissimulat, quo Para Armeniorum Rege e viris per insidias et fraudem sublato, dolo Traiani Romanae militiae

Ducis, Armeniae ad Romanum Imperium accessionem factam gratulatur. Describitur sei gestae series ab Amm. lib. XXX.

Ibid. B. 5. *Αὐτὸς δὲ τῷ Εὐφράτῃ ἐφορμᾷ.* Coortis deinde post recuperatam ita Armeniam ingentibus turbis, Saporem inter et Valentem, hic exercitum, ut diximus, ad expeditionem Persicam comparabat.

Ibid. B. ult. *Καὶ** μεστὴ αὐτοῦ τῆς προνοίας.* Suppleri
458 possunt ea quae desiderantur, isto, si lubet, modo. *Καὶ τῶν μὲν ἀκοντιστῶν τε καὶ σφενδονιστῶν σπεῖρα μεστὴ*, etc.

Ibid. C. *Τῷ δὲ τὰ δεύτερα.* Victorem, opinor, intelligit, Magistrum Equitum, virum bellicis laudibus abundantem, de quo Ammian. lib. XXVI. et XXVII. Themist. orat. IX. sub finem, ubi eundem a fortitudine singulari praedicat, quod *τὸ σῶμα πολλάκις ὑπὲρ τῶν κοινῶν ἐπιδέδωκεν.*

Ibid. D. *Ἀνατετραμμένους.* Simile quiddam, atque adeo illustrius habet de Gratiano Ausonius in Grat. act. *Legionibus universis, ut in communi Marte evenit, si quid adversi acciderat, vidi te circumire tentoria; satin salvae, quaerere; tractare vulnera sauciorum, etc.*

Ibid. D. ult. *Ἀπιστοτέρου ὄντος τῶν πάλαι Θεσσαλῶν.* Demost. Olynth. I. *Εἶτα τὰ τῶν Θεσσαλῶν, ταῦτα γὰρ ἄπιστα μὲν ἦν δήπου φύσει.* Vide Suid. et Zenob.

P. 150. C. ult. *Διακεῖται δέ.* Corrig. *διοικεῖται*, vel *ἀκεῖται.*

Ibid. *Τῶν πόλεων δὲ ἑκάστη.* Ammian. lib. XXXI. de Valente, *Aedificia per diversas urbes et oppida, vel instauravit, vel a primis instruxit auspiciis.*

P. 151. A. 3. *Ἀντὶ ἀψύχου.* Multo id expressius, quam quod ille de Roma aiebat, quam cum lateritiam accepisset, marmoream se fecisse gloriabatur.

Ibid. A. 4. *Ὀλιγοδρανέοντι.* Homerus Iliad. ο'. v. 246.

Ibid. A. ult. *Οὐ μᾶλλον διψήσει.* Derivata nimirum aqua in publicos Regiae Urbis fontes, curante Clearcho P. V.

Ibid. B. 6. *Ἀλουργίδος.* Purpurae, quam Constantinopoli Valens assumpsit, adscitus a fratre.

Ibid. C. *Ὁ δὲ ἄριστον ὕδωρ.* Pindar. Olymp. Od. I. Quis vero Vates alter ille sit qui *βασιλείαν ἰσοδαίμονα* appellet, nescio. Certe Isocrates orat. ad Nicocl. hunc imperitae multitudini sensum tribuit, *ἰσοθέους νομίζουσι τοὺς ἐν ταῖς μοναρχίαις ὄντας.*

Ibid. C. 5. *Πυνθάνομαι γάρ.* Constantinum M. inducit gratulantem sibi de accessione facta ad Regiae Urbis ornatum ex publicis fontibus. Induxerat iam tamen Urbi aquam, cum lavacrum Zeuxippi aperuit an. CCCXXX. Circo et Palatio proximum, ut docet Chron. Alex. Atque ad tuendum huius

[illegible] aquaeductum pertinet lib. de aquaeductu, eo ipso anno, et quarto post Eucaenia die, data.

Ibid. C. 10. *Ονόματα Θρᾴκια.* Thermarum quidem Carosianarum nomen a Carosia Valentis filia, ex Sozom. l. VI. discimus. Verum idem plurimos impulit in errorem, cum Anastasianas pariter ab Anastasia altera Valentis filia appellatas dixit: eas enim Ammian. lib. XXVI. ante tumultum Procopianum et Constantinopoli exstitisse, et easdem a sorore Constantini M. sic cognominatas asserit. Nymphaeorum porro seu fontium Thracia illa nomina nondum explorata habeo. Auctor est Theophanes, aquaeductum a Valente exstructum, sua etiam aetate celebrem Valentiniani appellatione fuisse: eius, opinor, qui Valentis filius fuit.

Ibid. D. 5. *Μόναις δὲ ἀρεταῖς βασιλέως.* Fuit aliquando 459
cum legi putarem oportere, *μόναις δὲ ἄρα ταῖς βασιλέως νύμφαις;* quod de aquis auctor hoc loco agit, quae sunt per canales tum subterraneos, tum pensiles, in Constantini templum, *εἰς τὸν νεὼν*, hoc est, in Constantinopolim urbem deductae, de quibus iterum orat. XIII. Sed nihil immutandum verius arbitramur: quod sententia sit; Augusti virtutibus, quarum adiumento perductae in Urbem aquae fuere, per canales, ut diximus, pensiles, additae quodammodo videantur alas. Atque has quidem virtutes, liberalitatem et magnificentiam mox appellat, quae Nymphas in Urbem induxere. Illae tum ex proximis Urbi fontibus ac fluviolis collectae, tum ex pluviis e caelo decidentibus, magnifico illo cisternae opere conclusae sunt, quod a Domitio Modesto P. V. prima inchoatum Praefectura, altera completum, docet Idatius.

P. 152. A. 6. *Εἰς τὸν νεών.* Sic rursum Constantinopolim Urbem appellat *μεταφορικῶς*, orat. XIX. pag. 226.

Ibid. B. 6. *Σύρους.* Superiore anno CCCLXXII. Antiochiae ac Seleuciae fuit, ut ex Libanio liquet, et ex Cod. Theod.

Ibid. D. *Περὶ φιλίαν πιστόν.* Ita Ammian. lib. XXXI. Valentem *amicum fidelem et firmum* vocat

P. 153. A. *Ἐκ Φιλίππου.* Nota apud Curtium historia, l. III. Quem vero paulo infra appellet *ἄνδρα οὐ Φιλίππου φαυλότερον*, an Priscum Philosophum, an quempiam alium, mihi non liquet. Nihil Eunapius, nihil Marcellinus, aliive, quod sciam, suggerunt, quod lucem afferat huic aenigmati.

Ibid. C. 8. *Συναύξαις.* Vel *συναυξήσαις*, ut infra, *παραστήσαις*.

Ibid. C. ult. *Τῶν ἐτῶν πολλάκις* **. Supple *ἐπανελθοῦσαν τὴν περίοδον.*

P. 154. A. penult. Εὐὼν λόγος. Παρασημείωσις, mihi videtur esse quae in textum irrepsit ex margine. Vide Plinium nostrum lib. VIII. sect. LXI.

AD ORATIONEM XII.

Petav. Hanc ipsam esse Orationem, qua in Catholicos exacerbatus Valens a Themistio compellatus ac mitigatus dicitur, miror cuiquam in animum incidisse. Nec aliud sentire possum; nisi, qui ita statueret, sola Orationis inscriptione contentum, nihil ex eadem aliud attigisse. Nam si saevientem in Orthodoxos, ac mortales omnes ad perversi professionem dogmatis cogentem Imperatorem revocare, ac reprimere vellet Themistius, quid ineptius quam ea dicere, quae tota hac Oratione disputantur? Cum eo maxime illum nomine commendet, quod quam vellet Religionem amplecti liberum cuique atque integrum fecisset. Hoc autem certe tum Catholicis per Valentem non licebat. Quamobrem fuerit aliud tempus necesse est: quo tempore Edictum illud εἰρηνοποιὸν a Valente prodierit. Ac nescio an sub Imperii exordium tale quid ab eo cum fratre gestum sit. De quo certe nullum in Historia, quod quidem
460 sciam, extat vestigium. Iovianum quidem Imperatorem mortuo Iuliano, eam fecisse colendi ad arbitrium cuiusque Numinis potestatem ex Orat. V. evidens est. In qua ob id ipsum Imperatorem vehementer praedicat, eique gratulatur. Unde suspicari merito aliquis posset Ioviano potius inscribendam esse, quam Valenti alteram istam. Nisi illud obstaret, quod bis eadem de re, atque iisdem ferme cum sententiis, tum etiam verbis egisse apud Imperatorem Themistium, haud verisimile videatur. Siquidem tota fere ex V. Oratione translata haec est; magnoque adeo illius ad emendationem, si Graece extaret, adiumento esse posset. Nos, ut iacturam hanc aliqua ex parte sublevemus, Graecam nostram interpretationem pro germana Themistii Oratione substituimus.

AD ORATIONEM XLII.

NOTAE IOANNIS HARDUINI.

Imperante Gratiano in Occidente, eiusdem regnum inisse a Valente Themistius Romam venit. Praeter ceteras, quae pertractantem habebat ad Senatum de Augusti laudibus hanc Oratiunculam, cui ἐρωτικῷ nomen fecit, quod in amicum suorum, hoc est, Principis pulcritudine celebrandi tota versatur.

Ibid. Bis ult. Σχεδόν τι. Vocem hanc addidit, ob exactoriam disciplinam, cuius sapientiam Socrates ipse profitebatur, quod Phaedonem in Gorgia, οὐδὲν φημι ἄλλο ἐπίστασθαι ἢ τὰ ἐρωτικά. Hanc unam artem hic excipit, qua M. Tullio dicente, *excepta una tantum, scire se nihil se dicebat; nihil exceptis rusticis.* 16. Alia vero sunt praeterea, quae iactat se aliquando professum esse Socrates. Nam apud Platonem in Apologia sua, τὸ δὲ ἀδικεῖν καὶ ἀπειθεῖν τῷ βελτίονι καὶ θεῷ καὶ ἀνθρώπῳ, οἶδα κακὸν καὶ αἰσχρὸν ὂν τοῦτο. *Inferre vero iniuriam, et rebellare esse superiori, sive Deo, sive homini, hoc vero malum ac turpe esse scio.* Quid quod timere se fatetur idem apud Xenoph. in Apologetico, si senescat, fiat ἀμαθέστερος καὶ τῶν ἐμαθεν ἐπιλησμονέστερος, *ad discendum tardior, et eorum quae didicerit, obliviosior?* Ibid. C. 2. Μήτε οἴεσθαι. Sic est in MSS. Codd. πλὴν τοῦτο τοῦτο μόνον. τὸ μήτε οἴεσθαι, etc. At nemo non videt τὸ expungendum fuisse, aliqui deesset vocem aliquam, ut τὸ μηδὲν ἐπίστασθαι, vertendumque esset, *nihil se scire, nisi hoc ipsum, se nihil scire.* Ceterum Latina Ciceronis verba lib. I. Acad. quaest. prope Graecis Themistii respondent; *Ut nihil se scire dicat, nisi id ipsum, cuius praecellere ceteros, quod illi quae, sciant, scire se putent: ipse se nihili scire, id unum sciat; ob eamque rem se arbitrari ab Apolline omnium sapientissimum esse dictum, quod haec esset una hominis sapientia, non arbitrari se scire quod nesciat.* Locum hunc vehementer exaggerat in Apologia sua Socrates apud Platonem, inculcatque tam frequenter hanc sententiam, ut in ea sitam sapientiae medullam deprehendisse videantur.

Ibid. C. ult. Τεθέασθαι. Displicet ista vox, tum quod hoc sensu recepta non sit, tum quod hiatum efficit sententiosum. Codices legerunt una extrita diphthongo, σύγασθαι, quod 461
opponatur τῷ ἴγνοει, quemadmodum τὸ ἔχειν, τῷ διώκειν.

Ibid. D. *Ἐν τοῖς Ἀγάθωνος ἐπινικίοις.* Hoc est, in Platonis convivio, ex quo haec sunt descripta. Celebratum istud convivium fuit ab Agathone, post reportatam in Tragoediae certamine victoriam. Hic ille est Agatho tragicus Poëta, cuius tam saepe meminit Aristot. in lib. de Poëtica.

Ibid. D. 8. *Ἐγγύς τι Πρωδίκου τοῦ Κείου.* In Apolog. Socrat. pag. 19. *εἴ τις οἷός τ' εἴη παιδεύειν ἀνθρώπους. ὥσπερ Γοργίας ὁ Λεοντῖνος, καὶ Πρόδικος ὁ Κεῖος.* Quis fuerit horum ceterorumque huiusmodi Sophistarum character, aut quae forma dicendi, exprensit optime ex Platone Cresollius noster lib. 1. Theatri Rhet. n. V.

P. 162. A. 9. *Γενοῦσθαι.* Forte *γενοῦσιν.*

Ibid. B. 2. *Τὰ τε Ἀφροδίτης δείξεων καὶ θεῶνων διηγεῖσθαι.* Locus hic mendosus est, atque ita utique emendandus: *τὰ τε Ἀφροδίτης κατὰ δεῖπνον διεξιών; ea quae ad Venerem pertinent, inter cenandum exponens.*

Ibid. B. 5. *Οὐ θεὸν μὲν ἀνομάζω.* Supplenda ex Platonis convivio, unde haec decumpta sunt, particula negativa, ut sic legatur: *οὐ θεὸν μὲν οὐκ ἀνομάζω, δαίμονα δὲ μέγαν.* Hic enim a fatidica muliere Dioticte doctum fuisse Socratem refert, reprehensumque ab ea quod magnum quendam Deum amorem esse diceret; quibus iste deinde ille subiungit: *Τί οὖν ὦ Διοτίμα; Δαίμων μέγας, ὦ Σώκρατες; καὶ γὰρ πᾶν τὸ δαιμόνιον μεταξύ ἐστι θεοῦ τε καὶ θνητοῦ.*

Ibid. B. 9. *Οὐκ ἦ πενία, καὶ ἐκ πόρος.* Haec fere ad verbum ex eodem convivio sunt descripta.

Ibid. D. 3. *Καὶ ἀγαθοῦ.* Corr. *καὶ ἀγαθοῦ ἄμοιρος*, sive *ἀδαής*; vel potius ex citato Symposio, *οὔτε ἀγαθοῦ ἐπίβουλος, ἀνδρεῖος ὢν, καὶ ἅπλοῦς, καὶ εὐσύνοπτος, θαυμαστὸς δεινός*, etc.

Ibid. D. 6. *Αὐτοῦ παραγίνεσθαι.* Corr. *αὐτῷ.*

P. 163. D. 8. *Τοῦτο.* Redundat haec vocula.

P. 164. A. 10. *Οὕτω ἐντύχοιμι.* Forte *αὖτε ἐντύχοιμι.*

Ibid. B. *Οὐ πενία.* Euripideum, ut illud, tantae *Ἐπιμβίου* in Prov. Cent. 5. n. 72.

Πενία δὲ σοφὸν ἔλαχε, διὰ τὸ δυστυχές,
Magis malo cessit paupertas sapiti.

Istud Theognidis in Sentent.

Τίκτει τοι κόρος ὕβριν.

Vel ut habet Eurip. in Hippolyt.

Ὑβριν τε τίκτει πλοῦτος, ἢ ταλαιπώρου βίου.

Invenit tamen contentionem Pindarus in Olymp. qui ὕβριν appellat πάρου μητέρα. Denique ex eodem Eurip. et refert Athen. lib. VI. desumptum illud,

Ἐν πλησμονῇ τοι λύπαις, ἐν πενίᾳ δ' οὔ.

Ibid. B. 9. Ἐπιστάτης. Forte ἐπιστάτης.

Ibid. C. ult. Νίτρῳ καὶ ἐλαίῳ. Ammian. XXVII. Plinii *oculorum fugacium lux* cognominabatur, *cultusque et reliqui corporis incundissimus nitor, et egregia pueritia* 462
adhuc. Quæ tamen alias aspergit quibusdam criminationibus, neutiquam Principibus Christianis usquequaque æquandis.

Ibid. D. 5. Πρῶτον ὑπηρήτην. Versus Homerici, ex Iliad. ω. 346.

P. 165. A. ult. Ἐν τῷ Πλάτωνος Φαίδωνι. Librariorum errore et inscitia Φαίδωνι repositum est pro Φαίδρῳ, quo in libro ea continentur verbis Plato refert, quæ Themistius recitat, non vero in Phædone.

Ibid. B. ult. Δηλούς. Melius, Δηλουμένους.

Ibid. C. Τῷ παιδὶ τῷ Κωνσταντίνου. Constantium intelligit, deinde Iulianum Constantii patruelem, quem ἀδέλφον, ut supra monuimus, pro ἀδελφιδοῦν, καταχρηστικῶς vocat.

Ibid. C. 10. Καὶ ἀφ' ἑστίας. Valentem intelligit, ex Augusta pariter familia, cum Gratiani patruus foret.

Ibid. D. Ὡς πατέρα. Patrem appellat, qui Patris Patriæ appellationem gauderet, qui prudentia animos contorqueret, vim civibus ac Plinius ait, quasi parens cum liberis vivere.

Ibid. D. 4. Ἀναπλεῖν. Forte, ἀναπλῶν et ἐπιστηρίζων.

P. 166. A. 2. Τοῖς νύμφαις τοῦ Πλησσοῦ. Fluvium est Atticæ Oricho[illegible] raptu vatibus decantatum. Plato in Phædro, Hesiod. in Polym.

Ibid. A. 7. Τοῦ τείχους. Emendo, τειχοῦς.

Ibid. B. 2. Εἴδους. Corr. Εἴδον. Quod autem sequitur, ἀνθρώποι, sic vertit debuit: *Vidi illic, Auditores; spectatum, etc.* nisi forte legere malis ἀνθρώποις.

Ibid. B. 5. Τριβώνιον ἀλουργίδι συνδιατετριμένον. Similis sententia orat. X. pag. 130. ὅτι τῶν χλαμύδων οὐκ ἀνιστήσιν ὁ πολὺ τὸ τριβώνιον. Scitum illud Tullii, ad Quintum fratrem, lib. I. epist. 1. *Plato fore beatas Respublicas putavit, si aut docti aut sapientes homines eas regere coepissent: aut qui regerent, omne suum studium in doctrina ac sapientia collocarent.*

Ibid. B. 9. Ἀλλὰ χρυσῆν μὲν πλάτανον. De platano Xerxis aurea, Herodotum in Polymn. consulendum. Cæli aurei, cum a Themistio dicatur, nemo scriptor, quod quidem nobis, mentionem facit. Vocem porro istam περιφέρεται, nescio an ita emendandum, περιέφερέ τε.

P. 167. B. 9. Καὶ ποταμῶν ὑπομαστίων. Corr. ποταμοὺς ἐνορμίους γεωργουμένους. Commendatur opera et solicitudine Valentis cura militaris tum urbana.

Ibid. C. 3. Οὐ γὰρ καὶ αὖ ἄλλαι ἀνεμίχθης. Desiderat

enim Gratianus Constantii filiam postumam, Constantiam a patre nomine appellatam, ut refert Ammian. lib. XXI. quam alii Helenam, alii Flaviam Maximam Faustinam, perperam nominarunt.

Ibid. C. 8. *Ἀτὰρ ὑπὸ σπουδῆς.* Hic locus in mendo erat: quod sic sanari posse credimus: *ἀτὰρ ἐπὶ σπουδῆς, καὶ προθυμίας ἅμα καὶ ἐρωτὶ μᾶλλον ἐγκύψαι τοῦ λόγου*, etc.

Ibid. D. *Καὶ τῶν***.* Adde, *καὶ τῶν ἄλλων τοιούτων.*

P. 168. *Ὁ δεσπότης πάτρων.* Forte *πάτρως.* Veterem certe intelligit Gratiani patruum. Et vero haec vox *πάτρων.*
463 Eastath. *certe, τὸν θεῖον* significat. Quamquam et prius lectio potest retineri, ut eum Gratiani *πάτρωνα* nunc appellet, quem haud multo ante *μυστιαγωγὸν τῆς τελευτῆς* Theodosii nuncupavit.

Ibid. A. 5. *Ἀλουργίδος ποιεῖται μεταβολήν.* Primarium, inquit, Imperatorum sedem esse, et Augustalis purpurae, decessorum mora et exemplo voluit.

Ibid. A. *Τ. Ἐκ τοῦ εὐφράτου πᾶς ναυβλης τῇ πόλει.* Aquam deducta pumiles ac cisternam describit, de quibus Cedrenus, et Zonaras, et non suprius agimus. Hunc Valentis aquaeductum, ut Themistius, ita et Gregor. Nazianz. subterraneum simul, atque ὄρυκτον fluvium eleganter appellat, orat. XXV.

Ibid. B. ult. *Καὶ ὁ Σωτήρ.* Forsan Aesculapium intelligit. Nam et in Nicaenensium numis, *ΣΩΤΗΡ ΑΣΚΛΗΠΙΟΣ.*

Ibid. C. 3. *Τοῦ προφήτου.* Valentis scilicet, quem paulo ante, pag. 166. hoc itarium nomine appellavit, voce *πραφήτου*, nempe pro *ἐποφήτου*. Vide H. Steph.

Ibid. C. 6. *Ὁ τῆς ἕω προστάτης.* Non Praefectum Praetorio Orientis, qui hoc anno Domitius Modestus fuit, sed ipsum Valentem interpretor Eois partibus imperantem; quo nomine Theodosium postea appellavit, orat. XIV. p. 183. Locum certe quo requiror post haec verba, *μὴ ἀμέλγουσι τοῦτον πρὸς τὸν*, supplere potest, qui Mercurium, quam noxa, habuerit aequiorem.

Ibid. C. 9. *Ἀρχέσθαι μὲν ἀφ' ἑνὸς καλοῦ.* Locum istum qui totus corruptus est, ex iis quae Socrates narrat in Symp. Platonis, sic restitui debere existimo. *Ἀρχέσθαι μὲν . . . ἑνὸς σώματος ἐφη, καὶ ἐνταῦθα γενέσθαι λόγους καλοὺς. ἐπειτα δὲ αὐτὸν συναναθέσθαι, ὅτι τὸ κάλλος τὸ ἐπὶ ὁτῳοῦν σώματι, τῷ ἐπὶ ἑτέρῳ σώματι, ἀδελφόν ἐστι.* Atque adeo in hunc modum puto vertendum fuisse. *Sed quid eundem amatorii itineris peritus illo docuerit?* Socratem, ut puto, intelligit. *Incipiat oportet unum aliquod pulcrum contemplari, unum illud amare, ibique eximias quasdam pulcritudinis ideas et motiones animo informare; deinde apud se pulcritudi-*

Deum quidem corpore alicui humano similem esse negamus.

Ibid. D. 6. *Ἀδελφὸν τοῦ κάλλους.* Valentinianum intelligit Valentis fratrem, quem se oculis unquam usurpasse negat. Illius tamen pulchritudinis expressam in filio Gratiano mox Romae triumphaturo imaginem sibi repraesentandam gratulatur.

P. 169. A. 5. *Ἀνδρός γε θνητοῦ.* Versus Homericus, ex Iliad. ω. v. 259.

Ibid. B. 9. *Συνάρχει τῷ πατραδέλφῳ.* Innuit adhuc vivere Valentem, cum haec dicerentur. De Valentiniano iuniore cur sileat, quanquam in administrando Imperio non videntur partes eius fuisse tum omnino nullae, mox dicemus.

Ibid. C. 4. *Ἐνθ' ἔνι δὲ ἄλλος.* Forte, *καὶ ἄλλος.*

Ibid. D. 5. *Καὶ ἐνέδρας.* Quid si legatur, *δ' ἐνέδρας*, vel certe, *μεστὰς ἐνέδρας.*

P. 170. A. 2. *Ἡ νεοττείαν καὶ αὐτάρκειαν.* Corrig. *νότητα καὶ αὐταρχίαν.*

Ibid. B. 3. *Ὁ Βοιώτιος ποιητής.* Hesiod. Theogon. 94. 464

Ἐκ γὰρ Μουσάων καὶ ἑκηβόλου Ἀπόλλωνος
Ἄνδρες ἀοιδοὶ ἔασιν, ἐπὶ χθόνα καὶ κιθαρισταί,
Ἐκ δὲ Διὸς βασιλῆες.

Ibid. B. ult. *Χρηστὸς καὶ ἥμερος.* Deest *εἶ.*

Ibid. D. 4. *Φιλόσοφος γὰρ καὶ ὁ Σωκράτης ***.* Medicinam ut facias huic loco, nihil Socrates in Convivio suggerit, quod commode hic adhibeas.

P. 171. B. 11. *Ἦ δέ τε βουλῇ Πριάμου.* Lego, *Ἦ δ' ἥλω.* Sic enim Homerus, Odyss. χ. 230.

Ἦ δ' ἥλω βουλῇ Πριάμου πόλις εὐρυάγυια.

Ibid. C. 10. *Αὐτῶν δὲ τῶν λύκων.* Corrig. *αὐτόν.* Haud locum egregie amplificat Synes. orat. de regno.

Ibid. D. 5. *Βασιλικωτέραν τῆς ἀγχινοίας τὴν εὐπειθειαν.* Laert. in Zenone. *Φασὶ δὲ . . . τούς τε Ἡσιόδου στίχους μεταγράφειν οὕτω.*

Κεῖνος μὲν πανάριστος ὃς εὖ εἰπόντι πίθηται,
Ἐσθλὸς δ' αὖ κἀκεῖνος ὃς αὐτὸς πάντα νοήσει.

Κρεῖττον γὰρ εἶναι τὸν ἀκοῦσαι καλῶς δυνάμενον τὸ λεγόμενον, καὶ χρῆσθαι αὐτῷ, τοῦ δι' αὐτοῦ τὸ πᾶν συνιέναι τῷ μὲν γὰρ εἶναι μόνον τὸ συνιέναι. τῷ δ' εὖ πεισθέντι προσεῖναι καὶ τὴν χρῆξιν. Sic autem consentit Hesiodus.

Κεῖνος μὲν πανάριστος ὃς αὐτὸς πάντα νοήσει,
Ἐσθλὸς δ' αὖ κἀκεῖνος ὃς εὖ εἰπόντι πίθηται.

Zeno autem eo quem dixisse modo immutavit, τῷ συνιέναι,

inquit Proclus ad eum Hesiodi locum, ἀλλ' ἐμοὶ ταῦτα μελήσει, καὶ φρονήσει δὲ τὰ δευτερεῖα.

Ibid. D. 8. *Μοῦνος δ' ἔπεφ.* Versus Homerici, ex Iliad. κ. 215. Sequentes autem, *πολλῶν δ' ἀγορευόντων*, etc. ex Iliad. ι'. v. 74.

P. 172. A. penult. *Τοιοῦτοι δέκα μοι.* Iliad. β. 371. Ceteri deinde qui laudantur versus hac eadem pag. ex eodem Iliadis fonte repetendi. *Λασάμην. ρυδ' αὐτὸς ἀναίνομαι.* Ex Iliad. ι'. v. 116.

Ibid. C. 3. *Τοῦτο δεινὸν ἦν.* Forte, *οὐχ οὕτω δεινὸν ἦν*, vel, *τοῦτο οὐ δεινὸν ἦν.*

Ibid. D. 7. *Ἀλλὰ κυνός.* Alludit ad illud Homericum, *Οἰνοβαρὲς, κυνὸς ὄμματ' ἔχων.*

Ibid. D. ult. *Πειθοῦ.* Corrig. *καὶ πειθοῦς.*

P. 173. A. *Τῷ Νέστορι δὲ ***.* Lacunam istam ita replari posse censemus. *Τῷ Νέστορι δὲ δύο αὐτῷ παρεστᾶσιν, ὧν οὔτι ῥίπτει τὰς συμβουλάς.* Erit porro qui Nestoreum hunc gemicum Ambrosium, Anaximenemque interpretetur, quorum consiliis regebatur Gratianus. Ad Themistii mentem propius accessurum putarem, qui eos designari diceret, quos post paulo commemorat, Tullium nimirum, et vatem quempiam, quem Musae nomine indicare velit, ad quorum praecepta vitae suae rationes omnes exigat Gratianus: verum ab hac interpretatione haec una me ratio dimovet, quod verear ne cui forte haec verba, *ὁ πάνσοφος*, etc. vel si lacuna supplenda est, *ὧν ὁ πάνσοφος Τυλλιος ἐγγράψων τι καὶ ἡ μοῦσα*, glossema inane ac supervacaneum sapere videantur. Absunt enim ea ab orat. XVIII. pag. 225. ubi eadem fere leguntur. 465

Ibid. A. 9. *Καὶ σε τοσοῦτον.* Iliad. ι'. v. 481.

Ibid. B. 9. *Σενοσκευᾶ.* Corrupta, credo, pro *Σενέκα.* Pylades porro et Metrobius comoedi fuere et histriones. De Pylade mentio fit apud Senecam. Metrobium suspicor Metrobii illius comici filium esse, de quo Plutarch. in Sylla.

Ibid. C. *Ὁ Σεβαστός.* Rem narrat Dio. l. 54. pag. 520. Plut. in Polit. et in vita Antonii. Seneca de Clementia.

Ibid. D. *Φοῖνιξ ἐκεῖνος ἐκαλλωπίζετο.* Inserendas puto has voculas, *οὐκ εἰκότως ἐκαλλωπίζετο.*

P. 174. A. 4. *Βίβλητον.* Versus Homerici, Iliad. ι'. v. 659.

Ibid. B. *Δυσχερώνει δέ.* Chrysost. orat. XX. ad pop. Antioch. idem affirmat a Theodosio in Lege ab eo lata de indulgentia criminum, in solennitate Paschali fuisse pronunciatum: etsi hodie, quod quidem sciam, nullibi exstet ea vox.

Ibid. D. *Οἰκοῦν Γρατιανῷ σοὶ δρα.* Eumdem Theodosio laudem scribit, orat. XIV. pag. 198.

P. 175. A. 2. *Μὴ πρόλειπε.* Desperasse mihi videtur hoc loco Themistius non modo ad aures illa Pythagorae, ut vulgo dicuntur, carmina; sed ad praecepta potius Clinobii, quae refert Diog. Laërt. lib. I. ubi utramque prudentiae partem explicat, et quae facta exutit, et quae prospicit facienda. *Καὶ ὅταν τις ἐξέλθῃ τῆς οἰκίας, ζητείτω πρότερον τί μέλλει πράσσειν· καὶ ὅταν εἰσέλθῃ πάλιν, ζητείτω τί ἔπραξε.*

Ibid. D. 2. *Καὶ τὸν Μένωνα, καὶ τὸν Ἰσπαρόνα.* Alcibiadem scilicet, de quo Plut. in Alcib. et Dionem Syracusanum, Platonis discipulum, de quo idem Plut. in Dione.

P. 176. A. 10. *Ὄνομα τοῦ τροπαιούχου ὁ πολιοῦχος.* Fuerunt haec duo Iovis nomina, Feretrii, et Conservatoris Urbium. Nam Dionys. Halicarn. est auctor, eum quem Romani Iovem Feretrium vocant, a feriendo hoste, nominari Graece posse τροπαιοῦχον, *in cuius potestate sunt trophaea*, ut interpretatur Bud. aut etiam τροπαῖον, quia dat τρέπειν τοὺς πολεμίους. Quae vero deinceps parenthesi includuntur, *ἐν ταῖς ἐπικλήσεσι*, etc. sunt mera certe glossemata.

Ibid. C. 2. *Πρασσοῦσιν, τῶν πάλαι.* Adde, *πρασσοῦσιν ἐργαζόμενοι, καὶ κατεργαζόμενοι, ἢ τῶν πάλαι λεγομένων.* Versus deinde Homericus subsequitur, ex Iliad. γ'. 179.

P. 177. A. 9. *Καὶ τὴ Ἀφροδίτῃ.* Locus hic totus vitiosa transpositione et foeda corruptione laborat, eumque sic emendandus. *Καὶ τὴν Ἀφροδίτην, καὶ τὰς Χάριτας, καὶ τὸν Ἀφροδίτης ἑταῖρον Ἔρωτα, τοῖς ὕμνοις ἐξιλάσαντο.* Vide Plutarch. quae de Laconicis institutis, et de ira cohib. unde haec ita emendavimus. Satius nimirum Lacedaemonii esse putabant, hostium animos conciliare pactione, quam praelii aleam subire. Quare autem quam bellum hosti indicerent, Musis immolabant, Clementiaeque, et Amicitiae, non Marti.

Ibid. B. *Μὴ καὶ γένηται.* Quae desunt, ita suppleri puto posse, *τὸν δὲ ἑρμοτὴν ὁ θεσπέσιος ἔρως ἐκαστήμων, ἵστ* 466 *περαντέρω προσιόντων νουθετεῖ, μὴ καὶ γένηται*, etc. *Amatorem vero divinus amandi magister provocat ulterius admoveri*, etc.

Ibid. C. *Λούκιον βασιλέων.* Haud temere est quod dubitem tantum meminit, Valentiniani lumineris obitus; etsi hic, Gratiano absente, acto post Patris obitum die, in Pannonia ab exercitu salutatus fuerat Imperator. Id enim se inconsulto factum esse, tulit aegre trimus Gratianus, et in auctores deinde animadvertit. Quare toto fere quadriennio, quamdiu Valens superstes fuit, solus Gratianus Occidentalis Imperium rexit, ut patet ex codice Legum, quarum nullae, ante Theodosii tempora, Valentiniani lumineris nomen habent praefixum. Illud pariter factum, ut cum unius Gratiani dominatu in occidentali

Imperio diuino regerentur, ipse ea sponte in imperii partem Theodosio Orientem concessit, occidentale postea imperium pro arbitratu suo cum fratre partitus. Vide notas ad orat. XV.

Ibid. C. ult. *Καθήμενος.* Corrig. *καθήμενον.*

P. 178. A. 3. *Μεταβάς.* Corrig. *μεταβῆναι.* Paulo infra, *Νοῦμας ἡμῖν*, lege *ὑμῖν*, Senatum enim P. Q. R. alloquitur.

Ibid. A. ult. *Ατης λειμῶνα.* De *Ατη* Hamatus Iliad. *η'*.

Ibid. B. *Σύγκλητος ἀφορᾷ Θεῶν.* Notum illud Principis viri, qui se vidisse Romae aiebat, quod Senatores, tot Reges. Hinc in nummis, *ΙΕΡΑ ΣΥΝΚΛΗΤΟΣ. Sacer Senatus.*

Ibid. B. 2. *Ολβον.* In cod. MS. est *ὀλβανδεξατέριον*, quae vox nihili sic forte restituenda est, *ὄλβων καὶ ἐνδοξοτέρων*, quamquam neque hoc ipsum mihi plane satisfacit.

Ibid. C. 2. *Σύμπλω γενεσθαι.* Senatores compellat eos qui a Valente Romam redeuntes, itinenis sui comitem Themistium deduxerunt.

Ibid. C. 9. *Ως δὲ Θεός.* Homeri versus, Iliad. *η'*. 4.

Ibid. D. ult. *Κλισιάζειν.* Quid si legeretur, *ἐκλησιάζειν*, *confluere*, *convenire*. Ludos porro quos hic commemorat, triumphum interpretor quem editurus erat in triumphali ingressu in Urbem.

P. 179. A. ult. *Καίτοι Σκηπίων Τερέντιον.* Livius lib. XXX. *Senatus Scipionem triumphantem est pileo capiti imposito Q. Terentius Culleo Senator; omnibus deinde vita, et dignus erat, libertatis auctorem coluit.*

Ibid. B. 6. *Γρατιανῷ δὲ εἰσελαύνοντι.* Haec quae de apparatu triumphali dicuntur, quo Gratianus Romam ingrediens excipiendus erat, maiorem mihi suspicionem faciunt, id quod tamen nullis ex aliis enumerantis liquet, Gratianum Romam veniisse quo anno dicta haec oratio est, hoc est, a. CCCLXXVII. circa mensem Aprilem, aut Maium: quo tempore nulla constitutio, nullum rescriptum profaturi potest a Gratiano alibi datum; nullum denique vestigium, quo eius vel in Galliis, vel in aliis terrarum parte commoratio demonstretur. Auget vero suspicionem meam, quod erat XV. pag. 198. conceptis verbis Theodosio audiente confirmat, Gratianum a se visum olim, et bruticae compellatum: se vicissim dicentem ab eo auditum
467 acceptumque comiter et perbenigne. Romae igitur id factum oportuit, quo et se veniisse, Gratiano hortatore, profitetur erat. XXXI. ubi denique expectari Gratianum hoc loco testatur: nisi cui forte in mentem veniat Treviros aliquando venisse Themistium? cuius profectionis ne probabilis quidem coniectura ulla afferri potest.

Ibid. C. 9. *Φόβεῖτον δέ.* Lege *φοβοῦντε*, et *ἐξαιροῦντε*.

Ibid. D. 2. *Τοί ῥ' ἔσχατοι.* Homerus, Iliad. Υ'. v. 226.

Ibid. D. 7. *Τοὺς νεανίας.* Valentem et Gratianum.

P. 180. A. 3. *Εἰ δὲ χαίρεις.* Corrig. *ἢ δὲ χαιρήσει.* Pro *τελειώσαντας*, puto commodius legendum, *τανύσαντας*.

Ibid. A. 10. *Ζεῦ Ῥώμης κτῆτορ, καὶ πολιοῦχε, καὶ * πρόματερ Ἀθηνᾶ, καὶ Κυρῖνε δαῖμον ἐπίτροπε Ρωμαίων ἡγεμονίας.* Ubi eruditus interpres: *Tu vero Iuppiter Romae conditor, et praeses: tuque, cui pater idem et mater est, Minerva: et tu Romani Imperii tutelare numen, Quirine.* Praefixo huic voci *πρόματερ* asterisco, monere is existimatur legi sibi satius videri *πατρόματερ*, atque ita vertit. Verum et ea dictio insolens: neque eo vocabulo *πρόματερ* aliud significari credimus, quam isto *προπάτωρ*; idemque valere atque auctorem generis, et Praesidem Deum. Sic usus ea voce Dio Prusaeus, orat. XXIX. pag. 485. in simili ad Deos peroratione: *Εὔχομαι δὴ τῷ τε Διονύσῳ τῷ προπάτορι τῆσδε τῆς πόλεως, καὶ Ἡρακλεῖ τῷ κτίσαντι τήνδε τὴν πόλιν*, etc. Cicero pro Domo sua, num. 144. *Quocirca te, Capitoline, ... et te, custos Urbis, Minerva, quae semper adiutrix consiliorum meorum, testis laborum exstitisti, precor ac quaeso*, etc.

AD ORATIONEM XIV. NOTAE.

Petav. Cum Theodosium Gratianus Imperii sibi collegam adsivisset, decreta est ad illum a Senatu Constantinopolitano Senatorum aliquot Legatio: quorum e numero Themistius ob incommodam valetudinem in itinere substitit. Ac tandem ad Imperatorem perveniens, hac eum oratiuncula prosecutus est. Contigit Theodosii inauguratio Ausonio et Olybrio Coss. XVII. Cal. Febr. Socrates L. V. c. II. Prosper, Marcellinus, Orosius L. VII. c. XXXIV. Ruffinus, Victor, Zosimus et alii.

P. 180. C. ult. *Παρὰ τοῦ κρατίστου τῶν ἡμετέρων.* Petav. Senatore aliquo Legationis Principe. Harduin. *Κράτιστον ζάκορον*, Nos aedilem interpretamur, sacris ludisque praefectum, quos prisca aetas in Deorum Augustorumve gratiam edere consueverat. Est enim idem *ζάκορος*, qui et *διάκορος*, et *νεωκόρος* appellatus est. Vetus inscriptio apud Reinesium, pag. 243. *ΔΙΙ. ΗΛΙΩ. ΜΕΓΑΛΩ. ΣΑΡΑΠΙΔΙ. ΚΑΙ. ΤΟΙΣ. ΣΥΝΝΑΟΙΣ. ΘΕΟΙΣ. ΣΤΑΤΙΟΣ. ΚΟΡ-*

ΔΑΤΟΣ. ΚΡΑΤΙΣΤΟΣ. ΝΕΩΚΟΡΟΣ. ΕΚ. ΜΕΓΑΛΩΝ. ΚΙΝΔΥΝΩΝ. ΠΟΛΛΑΚΙΣ. ΣΩΘΕΙΣ. ΕΥΧΑΡΙΣΤΩΝ. ΑΝΕΘΗΚΑ... ΔΙΟΣΚΟΡΟΣ. ΝΕΩΚΟΡ... ΤΟΙΣ. ΜΕΓΑΛΟΙΣ. ΑΓῶσιν ΑΝΕΘΗΚΑ. Vides Κράτιστον νεωκόρον appellari.

Ibid. D. ult. Καλὸν δ' οὕτω. Iliad. γ'. v. 169.

468 P. 181. A. 8. Ἀντὶ Δαναῶν, ἀντὶ Θρᾳκῶν. PETAV. Unum Theodosium significat praesidiorum omnium instar esse, quae paulo ante a Barbaris profligata erant, cum etiam Valens ab iis interfectus est. Iidem illi Historici consulendi.

Ibid. B. 9. Καὶ τοὺς μεταλλέας καὶ τὸν χρυσόν. PETAV. Vitiosissimus hic locus est, qui tamen voculae unius adiectione potest restitui. Scribe itaque καὶ τὸν σίδηρον. In Illyrico ac finitimis locis auri, argenti, aliorumque metallorum frequentes erant fodinae, quibus Comes metallorum praerat, ut ex Notit. Imperii constat. Is portionem Principis exigebat, octonas scilicet in balluca scrupulos, quae Graece Χρύσαμμος vocatur. L. XI. Cod. Iust. Tit. VII. *De Metallariis, et Metallis, et Procuratoribus Metallorum.* Quamobrem Metallarios ait Themistius pace per Theodosium constituta aurum atque ferrum passim derelictum, neque a Barbaris direptum, securos legere.

Ibid. B. 10. Καὶ τὸν χρυσὸν ἀφέντας. HARDUIN. Redundat particula καί. Sententia est, cogi a Theodosio conscribique milites: ipsosque Metallarios auri scrutandi cura deposita, ferrum ensesque tractare. Quare sic legendum: Καὶ τοὺς μεταλλέας τὸν χρυσὸν ἀφέντας κελεύεις τὸν σίδηρον καταλαμβάνειν.

Ibid. D. Τόν τε ἀπὸ τοῦ χρυσοῦ. HARDUIN. Vide quae de auro coronario diximus, ad orat. III. pag. 385.

P. 182. A. Προὔχρινεν δὲ ὁ Θεός. HARDUIN. Haud absimili sententia Plinius in Praef. ad Titum. *Verum et Dii lacte rustici multaeque gentes supplicant: et mola tantum salsa litant, qui non habent thura: nec ulli fuit vitio Deos colere quoquo modo possit.*

Ibid. A. 8. Προσήκει γὰρ δήπου. PETAV. Forte τῇ βασιλευούσῃ τῶν πόλεων. HARDUIN. Locus hic foeda transpositione corruptus est, et in hunc modum restituendus: Προσήκει γὰρ δήπου τῷ βασιλεῖ τῶν ἀνθρώπων συνῳδὸν τὴν βασιλευούσας τῶν πόλεων.

Ibid. B. 6. Οὐκ ἀγχιστεία γένους. HARDUIN. Hinc falsi illud revincitur quod ait Chron. Alex. Gallam Valentiniani M. filiam, priorem Theodosii uxorem fuisse, atque eidem iam tum nupsisse, cum esset adhuc privatus. Pacat. in Panegyr. *Te nec ambitus, nec occasio, nec propinquitas Principem ora-*

verunt; Nam et eras a familia Imperatoris alienus, etc. Sic Plinius, de Traiano, in Panegyr. *Nulla adoptati cum eo qui adoptabat cognatio, nulla necessitudo, nisi quod uterque optimus erat, dignusque alter eligi, alter eligere. Itaque adoptatus es, non ut prius alius atque alius, in uxoris gratiam: adscivit enim te filium non vitricus, sed Princeps, eodemque animo Divus Nerva pater tuus factus est, quo erat omnium. Nec decet aliter filium assumi, si assumatur a Principe. An Senatum populumque Rom. exercitus, provincias, socios transmissurus uni, successorem e sinu uxoris accipias? Non per totam civitatem circumferas oculos? et hunc tibi proximum, hunc coniunctissimum existimes, quem optimum, quem Diis simillimum inveneris?*

Ibid. B. ult. *Καὶ καλῶς ἑαυτοῦ πεποίηται ψῆφον. Ac probum herole ipse suffragium tulit.* HARDUIN. Haud sane recte ad mentem auctoris; sic enim verti oportuit: *Recte* 469 *suum fecit* (Gratianus) *suffragium illud, quod iam antea tempus tulerat.*

Ibid. C. *Οὕτω καὶ τὸν Θηβαῖον.* HARDUIN. Vide Diod. lib. XV. Agit de eo praelio, quo Theodosius, cum adhuc privatus esset et Moesiae Dux, Sauromatas irruentes in Romanorum fines fudit et fugavit. Ammian. lib. XXIX. sub finem.

Ibid. C. 3. *Ἐκάλεσεν ὁ δῆμος εἰς στρατηγόν.* HARDUIN. Forte, *ἐκάλεσεν ὁ κίνδυνος εἰς στρατηγίαν.* Sed retineri potest et altera lectio.

P. 183. C. penult. *Οπου στήσεις τὴν πόλιν.* HARDUIN. Quid si hoc loco legas: *ὅποι στήσῃ, εἰ τιμαῖς τὴν πόλιν ὑψηλοτέραν ποιήσεις, ἢ Κωνσταντῖνος οἰκοδομήμασιν.*

AD ORATIONEM XV.

NOTAE IOANNIS HARDUINI.

Ut virtute militari terribilem hostibus, ita sublatis iustitia earum Imperatorem esse oportere, eo consilio disputat, ut geminum illud ornamentum a Theodosio haud abesse demonstret. Dicta autem oratio est tertio eius Imperii anno, ut diserte habet Themistius, pag. 190. hoc est an. CCCLXXXI. Eucherio et Syagrio Coss. in Palatio.

P. 184. D. 4. *Κλᾶν τὰς ἀμπέλους.* Forte, *κλαδεύειν.*

P. 185. A. 3. *Τῶν Ομήρου.* Corrig. *τοὺς τῶν μὲν Ομήρου.*

Ibid. A. 4. *Διὰ τί μοι τῆς αὐλῆς.* Hic deest aliquid, ac forte legendum, *ἐν τῇς αὐλῆς εἰσόδῳ*, vel *εἰσιόντι τὴν αὐλήν.*

Ibid. C. 5. *Τοξοφόρος καὶ μουσηγέτης.* Nota sunt Apollinis cognomina. Plutarch. Sympos. IX. Pausaniae, Attic.

P. 186. A. 2. *Τῶν ἁλτήρων.* Halteres instrumenta sunt exercitii gymnastici: massae nimirum lapideae vel metallicae, quibus ansa manubriumve additum sit, quo commode attolli possint ab athletis; unde et *ἀρτῆρες* dicuntur. De his Martialis, lib. XIV. Epigr. XLIX.

Quid pereunt stulto fortes haltere lacerti?
Exercet melius vinea fossa viros.

Et alibi:

Halteres agili rotat lacerto.

De his pariter intelligendus est Iuvenalis, Satyra VI.

Et lassata manu ceciderunt brachia massa.

Ibid. A. 7. *Πρὸς τὸν κότινον, ἢ τὸ σέλινον, ἢ τὴν πίτυν.* Vide quae in notis ad Plinium dicturi sumus, l. XV. sect. 5. nota VI. *Ἡ πίτυς* porro hoc loco pinus est, non picea, ut in iisdem notis dicemus, ad lib. XVI. sect. 16. nota 1.

Ibid. C. *Καθάπερ, οἶμαι, ἐν τοῖς ποιμέσι.* Vide Synes. de Regno.

P. 187. B. ult. *Ἐκεῖνο δὲ οὐκ ἐὐκτέον, ἀλλὰ ἀναγκαῖον.* Orat. XIII. omnino eleganter: *Ἄρης γὰρ ἀγαθῷ βασιλεῖ Θεὸς οὐχ αἱρετὸς, ἀλλ' ἀναγκαῖος.*

Ibid. D. 8. *Ἀμφω δ' αἰχμητά.* Ex Homero versus, Iliad. *η'*. 281.

P. 189. A. 5. *Τίκτει δ' ἔμπεδα πάντα.* Desumpta haec ex Odyss. *τ'*. v. 109. ex quo sic discimus legi oportere, *τίκτει δ' ἔμπεδα μᾶλα.* Vel potius hanc vocem *πάντα* Themistium obiter substituisse pro *μῆλα*; nam et paulo post haec iterum retexens, *ἅπαντα ἔμπεδα* dicit. Quod pariter ab Homero Platonem didicisse ait, id ita in Theaeteto legitur, *ὁμοίωσις Θεῷ κατὰ τὸ δυνατὸν... δίκαιον καὶ ὅσιον μετὰ φρονήσεως γενέσθαι.*

P. 190. C. 9. *Ὥστε καὶ τῶν πολεμίων.* Athanarici a suis pulsi fugam, pacemque cum Gothis postea initam describit. Huius parenti statuam olim a Constantino M. fuisse aliquando positam, praeter Themistium, auctor est quem sciam, neme alius. Unus Iornandes de rebus Getic. c. XXI. ait *foedere cum Romanis inito, ut Romae aemulam in suo nomine Constantinus conderet civitatem, Gotthorum interfuisse opera-*

tionem, qui quadraginta suorum millia illi in solatia contra gentes varias obtulere, qui Foederati dicti sunt. Potuit igitur Constantinus eorum ludici Ariarico, sive quisquis alius fuit, vel in grati animi, vel in amicitiae signum, perpetuique foederis, statuam in Curia statuere.

P. 191. B. *Ἀντωνίνῳ τῷ Ρωμαίων . . . ᾧ τοῦτο αὐτὸ ἐπώνυμον ὁ εὐσεβὴς ἦν.* Plane hic illud accidit quod Tertull. in Apologetico fieri solitum observavit: nimirum ut sicut adversa omnia quae contingerent, a Gentilibus consuessent in Christianos derivari, ita quidquid boni fuisset Christianorum precibus impetratum, idipsum ab iisdem vel istorum efficientiae magicae, vel suorum virtuti precibusque tribueretur. Nam quod in celebratissimo illo adversus Marcomannos praelio, imperante M. Aurelio Antonino, Christianorum precibus in XII. sive Melitina legione militantium, Romani pluvia recreati sunt, hostes perculsi fulmine; id Dio Arnuphi magο, Iuliano alii, precibus M. Aurelii Antonini Capitolinus, et Claudianus in VI. Consul. Honorii lib. I. adscripserunt. Verum praeter innumeros alios, idem Tertull. in Apolog. ad Romanos Antistites, c. V. et ad Scapulam c. IV. cum adhuc rei tam memorabilis testes superessent, huius victoriae adeptionem ac laudem Christianis asseruit, prolatis etiam in fidem tanti eventus, ipsius M. Aurelii Antonini litteris, quae rem ita gestam esse testarentur. Eas tamen quae in operibus Iustini ad calcem Apologetici posterioris leguntur, cave credas genuinas esse. Supposititium fetum esse veteratoris cuiuspiam, qui longo post intervallo vixerit, multis argumentis persuasum est, quae hoc loco prosequi, ab instituto nostro, propositaque brevitate, prorsus alienum est. Sed haud abs re fuerit animadvertere lapsum errore Themistium, qui Antonino Pio id adscribat, quod M. Aurelii principatu, qui Pio successit, contigisse plane inter auctores convenit.

Ibid. C. 7. *Ἐννῆμαρ.* Versus Homericus, Iliad. *α'*. 53. unde et sequentes excerpti, e versu nempe 22. et 23.

P. 192. B. 3. *Ὥσπερ ὁ ἀρχηγέτης τὸν Θεόν.* Senec. Thyest.

Rex velit honesta, nemo non eadem volet.

P. 193. A. 7. *Τῆς σῆς βασιλείας.* Vocula hic desideratur aliqua, *ἐνδείξῃ*, aut alia similis. Eadem porro repetita ab auctore superius fuere, p. 174.

Ibid. B. 6. *Ἀγριᾶνες.* Thraciae populi circa montem Haemum, apud Curtium, Herodotum, Arrianum.

Ibid. C. 9. *Ἡ περὶ Λυκούργου.* Oraculum Pythiae sic 471
refert Herod. Clio, quemadmodum a Themistio recitatur, initio Orat. XIX.

Ibid. D. 7. *Λοτῆρες ἐάων.* Odyss. *θ'*. v. 325.

P. 194. A. penult. *Αλλ' οὔτε ἡ δύο πίθοι. Πίθους* huiusmodi ab Homero, Iliad. *ω'*. v. 527. confictos, fuse et egregie refellit Plato, de Repub. lib. II. circa finem.

Ibid. D. 2. *Κληρονομεῖν δὲ παῖδας γονέων.* Exstant in eam rem leges VIII. et IX. Tit. XLII. de bonis proscript. e. IX. a Theodosio Thessalonicae latae, Gratiano V. et Theodosio AA. Coss. hoc est an. CCCLXXX. quibus parentum qui supplicio extremo affecti fuerint bona, liberis ac nepotibus reservanda esse sanxit. Quin et de bonis deportatorum, quae aliquoi fisco cedebant, aliquid *abradi* voluit, hoc est, aliquid ex iis deportato ipsi, aliquid liberis eius et parentibus condonari. Excipitur quidem unicum Maiestatis crimen, sed ita tamen ut deportato ipso rerum omnium egestate punito, pars aliqua bonorum eius liberis reservetur.

Ibid. D. penult. *Δυοῖν κυβερνήταιν.* Cur duorum modo meminerit, superius dictum est a nobis in notis ad pag. 177. orat. XIII. Quod enim ista de Theodosio et Gratiano, non de Theodosio simul et Arcadio eiusdem filio accipienda sint, tum ex eo manifestum est, quod Arcadius anno tantum altero post dictam hanc orationem, scilicet CCCLXXXIII. Merobaude iterum et Saturnino Coss. adscitus est a Patre in societatem trabeae Augustalis: tum vero ex iis quae mox addit Themistius pag. 197. *Sic muniti ambo ad Orientem et Occasum ex aequo progredientes, paria sapientes, etc.*

P. 195. B. *Μᾶλλον ἢ Αντιόχῳ τε καὶ Αριστωνι. Πολλοὶ οἱ Αριστωνες,* inquit lepide Lucian. in Alexiph. Unde quis ille sit, de quo Themistius agit, difficile est coniicere. Laërtius in Zenone sex recenset eius nominis Philosophos. Ego eum intelligo, de quo Themistius iterum orat. XXI. p. 255. Quod ad Antiochum spectat, Sophistam arbitror hic significari, quem Aegae Cilicum tulere, virum doctissimum, de quo Phil. in vitis Sophist. lib. II.

Ibid. D. 3. *Τοῦτο ἐν πολιαρχικῇ, ἀρετή.* Ex coniectura sane haud levi sic emendandum putamus: *Τοῦτο ἐν πόλει ἀρχικὴ ἀρετὴ, quod in navi peritia gubernandi, hoc in urbe praestat scientia seu virtus imperandi.*

Ibid. D. 7. *Ασκεῖται γὰρ ἀεὶ τὸ τιμώμενον.* Affinis huic ea Tullii vox: *Honos alit artes, omnesque incenduntur ad studia gloria: iacentque ea semper, quae apud quosque improbantur.* Tuscul. I. num. 4. Vide quae dicturi sumus ad orat. XXXI. pag. 353.

Ibid. D. ult. *Αρετῶσι δὲ λαοὶ ὑπὸ τῶν ἀγαθῶν βασιλέων.* Desumpta ex Homero, Odyss. *τ'*.

P. 196. A. ult. *Εφιέναι.* Forte, *ἐπιέναι.*

Ibid. C. 12. *Θεῷ μὲν γὰρ οὔτε ὀφθαλμοί.* Corporei scilicet. Alioqui de Deo pereleganter Plinius, lib. II. sect. 5. *Quisquis est Deus, totus est sensus, totus visus, totus auditus, totus animae, totus animi, totus sui.*

Ibid. D. 7. *Πολλὰ μὲν ὦτα.* Vide quae diximus Orat. I.

P. 197. B. ult. *Χρυσὸν δ' Ἀχιλεύς.* Iliad. *β'*, in Catalogo, v. 382. 472

Ibid. C. penult. *Νίκη καὶ ἀρετή.* Tacit. lib. IX. *Fortissimus in ipso discrimine exercitus, qui ante discrimen modestissimus.*

Ibid. D. 6. *Ἀλλὰ Τυρταῖον.* De Tyrtaeo, Athen. lib. XIV. Pausan. in Messen. Iustin. lib. III. Horat. de Arte poët.

Tyrtaeusque mares animos in Martia bella
Versibus exacuit.

P. 198. A. 3. *Οὐδὲ ἱππάρχων Σαυρομάταις.* Mendum hic nullum subest. Theodosii victoriam intelligit, quam ille retulit, cum Praefectus adhuc Moesiae foret. De ea Ammianus sub finem libri XXIX. *Dux Moesiae Theodosius .... Sarmatas liberos ... confinitia nostra invadentes expulit et afflixit*, etc. Themistius ipse, orat. XIV. pag. 182. *Ἐξ ἐκείνου δὲ καί σε ἐκάλουν ἐπὶ τὴν βασιλείαν Ῥωμαῖοι, ἐξότου Σαυρομάτας λυττῶντας, καὶ τὴν πρὸς τῷ ποταμῷ γῆν ἅπασαν ἐπιδραμόντας, μόνος ἀνέστειλας, ὑποστὰς σὺν ὀλίγῃ δυνάμει, καὶ οὐδὲ ταύτῃ ἐξειλεγμένῃ.*

Ibid. A. 8. *Ἤδη γάρ ποτ' ἐγώ.* Expressi versus ad similitudinem Homericorum, Iliad. *α'*. 260.

Ἤδη γάρ ποτ' ἐγὼ καὶ ἀρείοσιν ἠέπερ ὑμῖν
Ἀνδράσιν ὡμίλησα, καὶ οὔ ποτέ μ' οἵγ' ἀθέριζον.

Ibid. A. penult. *Καὶ νῦν σῷ ἀρχηγέτῃ.* Gratiano *συνάρχοντι*, a quo fuerat Theodosius in partem vocatus Imperii. Eum a se visum in Occidente, hic aperte significat: et se eum eo collocutum esse contestatur iisdem fere verbis, quibus apud Homerum, Iliad. *α'*. 260. usus est Nestor, audientiam sibi apud suos facturus.

Ibid. B. 6. *Πρὸς τῷ Τίγρητι.* Neque Rhenum ipsum, neque Tigrim exacte et praecise intelligit, sed *μετωνυμικῶς* orientalem et occidentalem plagam. Regiones enim illas quas Tigris alluit, Theodosius nunquam vidit. Et vero occidentales terras ita per Rhenum indicat, orat. XVIII. pag. 220.

Ibid. B. penult. *Ἢ καὶ παρήορος ἀκολουθήσει.* Tertius ille quem brevi adiungendum ait Imperatorum, ut ipse loquitur, bigae, Arcadium interpretor. Valentinianum enim Iuniorem quomodo potuit dicere brevi adiungendum, quem ignorare non poterat iam ante triennium adscitum aliquo modo fuisse a Gratiano fratre? De eo porro silet, quod etsi nomen ille qui-

dem Augusti interdum gessit, dum tamen Gratianus superstes fuit, Occidente toto huius unius dominatu omnia tenebantur. Confirmat egregie hanc nostram animadversionem vetus inscriptio, quae Romae exstat, afferturque a Grutero, pag. MLXXX. 10. ex apographo Sirmondi nostri:

VALENS. ET. GRATIANUS.
FIL. FELICES. AC. TRIUMPHATORES.
SEMPER. AUGG.
PORTICUS. AREASQ. MACELLO.
LIVIAE. AD. ORNATUM. URBIS.
SUAE. ADDI. DEDICARIQ.
IUSSERUNT.

473 Item et alterum Inscriptionis fragmentum, Romae apud S. Anastasiam eidem pariter P. Sirmondo visum, ab eodem Grutero relatum, pag. MLXXXVI. 10.

. . . . . .
LIBERTATIS. D. N. FL. GRATIANO.
FORTISSIMO. INVICTISSIMO-
QUE. PRINCIPI. SEMPER. AUGUS
TO.
FLAVIUS. MAXIMUS. V. P.
PRAEF. VIG. D. N. M. Q. EIUS.

Et vere Valentiniano Iuniori non plus esse delatum honoris ac potestatis, minime mirum debet videri. Primus ille omnium exstitit, quem a militibus Caesarem appellatum Caesar alter vivere passus sit. Ante haec tempora simile factum odiis tam exitialibus prosequi soliti erant, ut ista Gratiani pietas erga fratrem, illius aevi scriptoribus, Ethnicis saltem, ut Ammiano lib. XXX. nimia visa sit, in recenti praesertim memoria Constantii, qui nec Gallum, nec Iulianum, nedum alios, ferre potuerit.

Ibid. C. 2. *Τὴν λήμην ἡμῶν.* Corrig. *ὑμῶν.*

Ibid. C. ult. *Ἰέναι πόλεις.* Desumptum illud ex Homeri Iliad. *γ'*. v. 99. in quo apposite quidem ad argumentum suum, sed ad leges carminis minus apte, *ἰέναι πόλεις*, pro *ἰέναι νίας*, substituit; nisi forte vitium librariorum fuerit. Decerpsit ex eadem Iliade versus ceteros quos deinde recitat.

Ibid. D. 3. *Ἀτρείδη.* Iliad. *β'*. v. 344. Et mox, *Ἦ μήν τις.* Iliad. *β'*. v. 382.

P. 199. A. 6. *Ἐξελώσεις.* Iliad. *θ'*. v. 527. Mox, *Ὄφρα τις.* Iliad. *α'*. v. 353.

AD ORATIONEM XVI.

NOTAE IOANNIS HARDUINI.

Athanarico a suis pulso, et Constantinopoli postea defuncto, a. CCCLXXXI. res novas Gothi moliebantur Fritigerno Duce. Eos triennio amplius Theodosius armis repressérat. Eosdem nunc qua spe, qua hortationibus Saturninus allexit, ut pacem ferirent an. CCCLXXXII. Unde Idat. in Chron. quarto Imperii Theodosii anno: *Gothi infida Romanis pace se tradunt:* Et in fastis: *Antonio et Syagrio Coss. universa gens Gothorum cum Rege suo in Romaniam se tradiderunt, die V. Non. Octob.* Idem habet et Marcellinus Comes. Quare ob tam naviter collocatam operam, in annum proxime sequentem Saturninus renunciatus est Consul. Erat autem id usu receptum, ut Panegyricas orationes in novi Consulis auspiciis aliqui recitarent. Unde Sidon. lib. I. epist. IX. ad Herenium, *Etenim volo in obsequium novi Consulis veterem Musam.* Perfunctus est Themistius isto gratulationis ac salutationis munere, aliquanto post Kal. Ian. anni CCCLXXXIII. quinto Theodosii principatus anno, ut ipse auctor admonet, pag. 205.

P. 199. C. 3. *Καταθετέον τὴν πινακίδα.* Proverbium est, cui opponit illud quod subdit pag. seq. *προσάγειν τὴν χεῖρα τῷ γραμματείῳ.* Simile istud, orat. XVIII. pag. 221. *χρῆσθαι ἀνάγκῃ τῇ πινακίδι καὶ τῷ σιδήρῳ.* 474

Ibid. C. 7. *Ἡμέρας ἐκείνης.* Foederis huius cum Gothis, uti diximus, initi, facit adhuc mentionem orat. XVIII. pag. 219.

Ibid. D. 2. *Κατ' Εὐριπίδην.* Versus est trimeter:

Μέλλων χορεύειν οὐ γῆρας αἰσχύνομαι.

Ibid. D. ult. *Τοὔργον δὲ ἐπιθέντος.* Forte ita legendum est, *τέλος δὲ τοὔργῳ ἐπιθέντος ὀλιγωρεῖν.*

P. 200. A. 8. *Τὸν στρατηγόν.* Saturninum. Is bello Gothico Valentis tempore equestris exercitus praefecturam ad tempus gessit: in ipso praelio, quo Valens occidit, periculo semet exemit cum Richomere. Ammian. lib. XXXI. Donatus erat iam ante Consulatum Magisterio militum, et Comitatu Orientis, ut significat Basil. ep. 315. ad Abramium Episc. *τῶν Βατνῶν.* Huic Consuli scripta est epist. LXXII. Gregorii Nazian. qua pacem Ecclesiarum ei commendat, cum Synodus Constantinopoli cogeretur. Gainae tumultu, cum ab eo postularetur cum Angeliano Cos. uterque illi ab Arcadio dedi-

tur. Ille eorum exitio contentus, et cute gladio leviter tacta, nihil amplius nocuit. Zosim. lib. V. Socrat. lib. VI. c. V. Sozom. lib. VIII. c. IV. Habuit Chrysostomus orationem ad populum, quae inscribitur, *Cum Saturninus et Aurelianus acti essent in exilium, et Gainas egressus urbe.* Saturninum, alium, opinor, ex Cura palatii in exilium pulsum fuisse Sallustio P. P. Tauro et Florentino Coss. scribit Ammianus lib. XXII.

Ibid. A. ult. *Ο τοῖς ὅπλοις.* In eam sententiam multa Cicero pro Muraen.

Ibid. B. 7. *Ἐπὶ τῆς εὐδαίμονος ταύτης ἀρχῆς.* Cum Saturnini Consulatum expertum se dicit multis in rebus sibi fuisse salutarem, haud sane obscure significat, non ipsis Kal. Ian. uti mos erat, sed aliquanto post, hanc orationem a se esse recitatam.

Ibid. B. 9. *Βασιλέως τε.* Corrig. *βασιλέως, ὥστε.*

Ibid. C. 4. *Καὶ τὸν στρατηγὸν ἅρα.* Forte, *ἅμα.*

Ibid. C. 9. *Μείζων ἔπαινος.* Corrig. *οὐ μείζων ἔπαινος.*

Ibid. C. penult. *Τοῖς Ἐπικούρου. In Curia.* Vox ista corrupta, *ἐπικούρου*, quemvis vel acutissimum fallere interpretem possit. Legendum, *ἐπὶ καιροῦ*, atque adeo sic fere vertendum fuit: *Ad ea quae tempestive et opportune tunc dicta sunt, cum renunciatus est Consul, addenda alia duximus meditata in otio, et e schola profecta.*

Ibid. D. 3. *Προῖσταται ἡμῶν.* Forte, *παρίσταται ἡμῖν.*

Ibid. D. penult. *Λόγος ἐστὶν ἔργου σκιά.* Vide quae diximus in notis ad orat. XI. ad pag. 143.

P. 201. A. 5. *Ἀποπεμπόμενον.* Forte *ἀποπεμπόμενος.* Item *περαίνω* pro *περαίνων*, puto legendum.

Ibid. A. 9. *Ζεὺς δὲ βασιλεύς.* Hac loquendi formula Themistii ethnicismum designari putat P. Lambecius in Comm. Bibliothecae Vindob. lib. V. pag. 15. Laudat enim hanc ora-
475 tionem, quam ex MS. Codice editurum se pollicetur in supplemento corporis historiae Byzantinae.

Ibid. B. *Ξυνωρὶς δὲ τῶν στρατηγῶν.* Horum alter Saturninus ille est, quem Consulem fecit Theodosius: alter Richomer, natione Francus, claris natalibus, Magisterio militum, victoriis plurimis, et Maximi postea tyranni excidio insignis; qui anno CCCLXXXIII. ad Theodosium profectus, et cum eo in Oriente consistens, ut habet Zosim. lib. IV. pag. 775. et Liban. de vita sua, pag. 67. ab eodem designatus est Consul anni CCCLXXXIV. in Oriente una cum Clearcho. Ei panegyricum se dixisse testatur ibidem Liban. Magna apud Imperatores auctoritate et gratia fuit, teste Symmacho, lib. III. ep. LV. et LXVII. Epistola vero LXI. grata sibi fuisse ait mu-

nera Consulatus quae ad se, cum esset ipse Symmachus Praef. U. Romae, miserat Richomer ob Oriente.

Ibid. B. 7. *Μεγαλοδωρίας χορηγοί.* Comites sacrarum Largitionum, et Quaestores intelligit, qui Consiliarii intimi erant sanctioris et arcani consessus Principis, cum quibus de summa rerum Princeps in consilium ibat, *συνεδρεύοντες καὶ βασιλεῖ τῆς ὑπὲρ ἁπάντων βουλῆς κοινοῦντες,* ut Iulianus ait orat. I. vel ut ait Pacatus initio Panegyr. *Consilium Principis participantes*, una cum Magistris officiorum, et Comitibus Rerum Privatarum. Hi enim quatuor Comites Consistoriani dicebantur, quod non in Provinciis, vel in actu aliquo constituti essent, ut Praefecti Praetorio, Praefecti Urbi, Magistrique militum: sed in Consistorio, in Sacro, sive in Sacrario Principis, *participarent Augusti pectoris curas*, ut ait lex III. de Metatis. Erant autem ad iussa Principis expediti et velut in procinctu, sive ad Constitutiones promulgandas, quod Quaestoris munus, ut recte Zosim. lib. V. *Ὁ τὰ βασιλεῖ δοκοῦντα τεταγμένος ὑπαγορεύειν, ὃν Κοαίστορα καλεῖν οἱ ἀπὸ Κωνσταντίνου δεδώκασι χρόνοι:* sive ad exsequenda mandata Principis, quod Magistri officiorum, sive ad largitiones, tributa, sacrasque opes administrandas, quae Comitis S. L. et Comitis R. P. partes erant.

Ibid. C. 5. *Τὴν ἵππον τὴν Αἰθην.* Homerus, Iliad. *ψ'.* v. 295. De lorica vero data eidem a Cinyra, Iliad. *λ'.* v. 20.

Ibid. D. 4. *Ἡ τὴν βουλὴν τῶν πενταχοσίων.* Athenis Senatus fuit quingentorum, qui una cum Tribunis et Quaestoribus de controversiis singulis decernerent. Pausan. lib. I. Postea Areopagitae sanctior Senatus a Solone delectus est, quorum consilio librata moderatione civitatis iura servabantur, bella indicebantur, lites explicabantur. Cic. lib. I. Offic. Plutarch. in Solone. Aristot. autem lib. II. Polit. c. I. non a Solone, sed ante eum ab alio Senatum esse delectum ait.

Ibid. D. ult. *Ὥσπερ τὴν ἀγαθὴν τύχην.* Sic vetustae Inscriptioni, apud Reinesium, pag. 243. praefixa verba *ΑΓΑΘΗι ΤΥΧΗι.*

P. 202. *Παρὰ τῷ Πισσαίῳ Διΐ.* Pisa civitas est in Elide Peloponnesi regione iuxta Alpheum fluvium, ubi et templum Iovi Olympio consecratum, et Olympia certamina toties decantata. De Oleastro Olympico, vide nostras ad Plinium notas, lib. XV. sect. V. nota XVI.

Ibid. B. 7. *Λαμπρῶς παμφαίνησι.* Iliad. *ε'.* v. 6. 476

Ibid. D. 3. *Τὴν αὐτῷ προσενεγχθεῖσαν τιμήν.* E duobus Augustis, ut vel ex hoc loco apparet, qui prior vocatus ad Imperium fuerat, vel Consulis nomen sumebat ipse, et offerebat deinde alteri: vel privato cuipiam deferebat hunc hono-

rem: Collegam deinde Imperii invitabat, ut eundem vel susciperet ipse, vel in alium pariter derivaret.

P. 203. C. *Τοὺς φίλους δείξας.* Theon Soph. Chria I. *Ἀλέξανδρος ἐρωτηθεὶς παρά τινος, ποῦ ἂν ἔχοι τοὺς θησαυροὺς, τοὺς φίλους ὑπέδειξεν.* Stob. serm. CCXIV.

Ibid. D. 6. *Τὸν πατράδελφον λέγω καὶ τὸν κηδεστήν.* Ex hoc uno Themistii loco discimus Imperatoriae domus stemma gentilitium, quo de ceteri fere ad unum omnes historici silent. Hinc, inquam, discimus, quis Theodosio patruus, quis socer fuerit, quibus ambobus, antequam Saturnino conferret, Consulatum dedit. *Πατράδελφος* igitur Eucherius est, qui Consul fuit cum Syagrio, an. CCCLXXXI. pro quo, ut illud obiter dicam, ex similitudine scripturae, factum est ut amanuensium vitio, apud Socratem primum, non *Συάγριος*, sed *Εὐάγριος* nescio quis, deinde apud Marcellinum Comitem *Euagrius* hodie legatur. Hunc vero Syagrium Consulem, non Orientis, ut ait Onuphr. in Fastis, sed Occidentis fuisse, convincit manifeste subscriptio leg. LXXXVIII. et LXXIX. XII. Cod. Theod. de Decurion. Maxime vero testimonium Symmachi epist. XCV. et XCVI. lib. I. Ausonius initio operis ad eum scribit, amicitiamque commendat:

Pectoris ut nostri sedem colis, alme Syagri,
Communemque habitas alter ego Ausoniam, etc.

Κηδεστὴς autem, sive socer, alius esse non potest ab Antonio, qui Consulatum gessit in Oriente, an. CCCXXXII. una cum Syagrio iterum Occidentis Consule: anno CCCLXIV. fuerat in Dacia Tribunus militum: anno CCCLXXVI. Praefectus Praetorio Galliarum. Exstant ad illum epistolae Symmachi plurimae. Fuit igitur Flaccilla Theodosii senioris uxor, Antonii filia. Qua de quandoquidem mentio incidit, haud abs re puto fore, si duo observentur notatu dignissima: de Flaccillae nomine alterum, alterum de liberis.

Ac primo quidem non Placilla, sed Flaccilla appellanda est. Sic enim appellant D. Ambros. de obitu Theodosii, Claudian. in laude Serenae Stiliconis. Paul. Diac. in append. ad Eutropium, l. XII. et quod omnium instar est, veteres Nummi, AEL. FLACCILLA AUG. cum litteris X et P implexis, qui character *χριστιανιζόντων*. Graeci *Πλακίλλαν* nominant quidem, quos secuti plerique neoterici scriptores, et in his Onuphr. lib. VII. de Rom. Princ. Sed ut ut scripsere Graeci, simile veri est Latinos auctores in Latinae Principis nomine minus aberrasse: cuius nominis si ratio ad amussim revocanda est, Flaccillae origo apte deducitur, Placillae non item. Quod vero de hac Flaccilla iudicium, idem de ipsius nepte ex Arcadio filio, quam Prosper et Marcellin. Flaccillam recte vocant, Caesario et At-

tico natam Cos. Item de pronepte, Theodosii Iun. filia, quae Flaccilla item dicitur a Marcellino: quanquam has quoque 477
Graeci Placillas vocitant, et qui eos sequuntur, ut Onuphrius, aliique. Tres porro litterulae AEL. nomini praefixae in nummis, Aeliam denotant. Ex carmine Claudiani constat Hispanam fuisse. Inter Hispanienses autem familias quae Romam nobilitarunt, Aeliam censet, idem his verbis:

Tibi saecula debent
Traianum: series his fontibus Aelia fluxit.

nimirum Aelia gens, ex qua olim Hadrianus, et tum Flaccilla.

Quod ad liberos attinet, Arcadium et Honorium Theodosii ex priore coniugio natos plerique omnes docent: praeter hos, non facile occurret qui alios numeret. Ego vero par alterum alibi reperio, Gratianum et Pulcheriam. Auctores Gregorius Nyss. et Ambrosius. Ille quidem extrema oratione quam habuit in funere Flaccillae matris, ubi diserte liberos quatuor filii fuisse profitetur: tres virilis sexus, et filiam. Tertii autem fratris nomen prodit Ambrosius, et si mecum leges, etiam sororis. Sic enim scribit de obitu Theodosii: *Nunc se Augustae memoriae Theodosius regnare cognoscit .... Nunc sibi rex est, quando recipit etiam filium Gratianum et Pulcheriam*, (sic enim habet MS. Vatic.) *dulcissima sibi pignora, quae hic amiserat; quando ei Flaccilla adhaeret, etc.* Parisienses an. 1531. ediderant, Gratianum, et pulchra iam. Romani corruptius, et pulcherrima ac dulcissima. Quatuor ergo Theodosii et Flaccillae liberi, Arcadius, Honorius, Gratianus, Pulcheria. Ex his Pulcheria ante matrem obiit, ut constat ex Gregorio: Gratianus ante patrem, ut Ambrosii verba declarant.

P. 204. A. *Καὶ μὴ τὸν οἰκεῖον.* Eadem sententia superius usurpata ab auctore, orat. XIV. pag. 182.

Ibid. A. 4. *Ἀσκεῖται . . . τὸ τιμώμενον.* Dictum id iam antea, orat. sup. pag. 195.

Ibid. B. ult. *Τὸν ἀγαπητόν.* Arcadium, quem Themistius iunuit iam tum curae suae et institutioni fuisse commissum. Sed quem Theodosius Consulem adscribi Fastis noluit hoc an. CCCXXXIII. hunc eo ipso anno, XIV. Kal. Febr. Augustum creavit.

Ibid. C. 10. *Ὁ μὲν ἐν τοῖς σπαργάνοις.* Exempla profert Valentiniani primum Valentis F. in cunis propemodum ipsis, an. CCCLXIX. ut nos alibi diximus, Consulis salutati: tum Valentiniani Iunioris, qui cum Valente Consul fuit anno CCCLXXVI. cum vix quinquennis foret. Arcadius, quem etiam praesentem magnifica *τοῦ φωστῆρος τοῦ ἡμετέρου* appellatione designat, annum utique tum sextum agebat cum haec

discerentur: natus nimirum Gratiano IV. et Merobaude Coss. patre adhuc private.

P. 205. A. *Ὁ σὸς πρόγονος.* Originem a Traiano duxisse Theodosium auctor est Victor in Epit. *Theodosius genitus patre Honorio, matre Thermantia, genere Hispanus, originem a Traiano Principe trahens.* Ubi legendum puto, *Theodosius Theodosii filius, qui genitus, etc.* Theodosii enim Imp. patrem Theodosium fuisse appellatum, docent Ammianus, Ambrosius, aliique.

478 Ibid. A. 4. *Ἀνσίον.* Qui Traiani principatu Singara cepit, ut refert Theodosius ex Dione, pag. 781. Mardi e maiore Armenia populi Ptolemaeo.

Ibid. B. ult. *Τῆς πεντάδος.* Ita Plinius Iunior Traiani moderationem laudat, quod primum post Imperii auspicia annum, qui eius fascibus de more debebatur, privatis Consulibus cedere maluerit: cum ab aliis Principibus tanta aviditate ambiretur, ut illum plerique destinatis Consulibus praereptum in se transferrent. Solebant enim novi Imperatores proximis post susceptum Imperium Kalendis Ianuarii Consulatum inire, quod fasti omnes ostendunt. Hinc est quod anno fere uno posterior erat aera Consulatus quam Imperii.

P. 206. A. 3. *Οὐρανῷ ἐστήριξε κάρη.* Proverbium desumptum ex Iliad. δ'. v. 443. Innuit Saturninum non repente, sed per continuatam honorum seriem ad Consulatus denique apicem pertigisse. Fuit enim ante, uti diximus, Magister militum, et Comes Orientis.

Ibid. B. 5. *Ἀγοραίκριτος.* De Agoracrito et Hyperbolo, vide Aristoph. in Equit. et Nub. Demades vero quis qualisve fuerit, disce ex Plutarch. in Demosth. In Alcibiade autem docet idem Platonem Comicum in Hyperbolum lusisse versibus.

Ibid. C. 9. *Ἀνδροκτασίας τε.* Iliad. η'. v. 237.

Ibid. D. 3. *Ἐπὶ Ἴστρῳ.* Agit de clade Valentis, quae occasio Imperii Theodosio fuit.

P. 207. B. 4. *Κηρύττει δὲ ὁ Γρατιανός.* Dicta haec ante caedem Gratiani Imp. quem interfectum Lugduni VIII. Kal. Sept. fasti omnes commemorant. Non tamen anno superiore, ut Lambecius existimat: sed ipsis Theodosii quinquennalibus, ut ait Themistius, ipso illo anno quo Saturnini Consulatum profitetur expertum se esse sibi salutarem, hoc est, ipso an. CCCLXXXIII. quo Gratianum esse interfectum scriptores consentiunt.

Ibid. D. 7. *Μήτε τοι δρυτόμος*, etc. Iliad. ψ'. v. 315.

P. 208. A. 4. *Πειθοῦς καὶ βίας.* Est inter eas Aesopi fabulas quas Festus Avienus carmine signavit elegiaco. Ab hac haud multum abludit ea quam Themistius subiungit, de

gigantibus a Mercurio consopitis, unde unde tandem hanc arripuerit.

Ibid. C. *Καθάπερ Ἀχιλλεὺς τὸν ἑταῖρον.* Patroclum, de quo Homer. Iliad. π'. Achilli Theodosium, Saturninum Patroclo confert, ac componit.

P. 209. B. 3. *Πολυδάμνας.* Vide Odyss. δ'. 227. De Veneris aestu alibi diximus.

P. 210. A. 6. *Κερβούλων.* Dio, l. 63. p. 717. et 718. Xiphil. in Epit. Dionis, in Nerone. *Ὁ γάρ τοι Κορβούλων, τόν τε Οὐολόγαισον τὸν βασιλέα τὸν Πάρθων, καὶ τὸν Τηριδάτην τὸν τῆς Ἀρμενίας ἡγούμενον, καὶ ἀγγελθεὶς μόνον ἐξεφόβησεν.*

Ibid. A. ult. *Μακαριστὸς μέν.* Deesse ista visa sunt Interpreti: *Ἀλλ' ἔστιν ὁ Σατουρνῖνος μακαριστὸς μὲν,* etc.

Ibid. C. 10. *Ἡ καὶ νανέησιν.* Iliad. α'. v. 528.

P. 211. C. 3. *Ὁρᾶτε τουτουσὶ Γαλάτας.* Hanc Galatarum 479
originem accurate describit Strabo in Geograph. lib. XII.

P. 212. A. 3. *Μασινισσαν.* Sallustius, bell. Iugurth.

Ibid. B. 9. *Τῆς εὐχῆς Αἰακοῦ.* Eleganter rem omnem exponit Isocrates in Evagora. Atque in memoriam tanti beneficii templum Aeaco apud Aeginetas, communi omnium Graecorum nomine, consecratum est. Vide et Pausan. in Corinth.

Ibid. C. ult. *Χρυσὸς ἐπανῆκε.* Aurum scilicet iniquis exactionibus extortum a subditis, institia Theodosii redibat a fisco ad subditos. Idem repetit orat. XIX. pag. 227. Vide et orat. XIII. pag. 174.

Ibid. D. 5. *Μειράκια ἐκ Γαλατίας.* Crediderim facile contineri his verbis argumentum orationis XIX. quod hactenus latuit eruditis.

P. 213. A. 4. *Οὕτω καὶ Ἀρμενίους.* Quos Indificatus, ut Ammianus ait, Valens amiserat: et Mesopotamiam pariter, quae Ioviano antea erepta fuerat.

Ibid. A. 10. *Καὶ τὸν ἀγαπητὸν ἀστέρα.* *Ἀγαπητὸν* hoc loco filium unicum, Arcadium, si lubet, intellige. Nam Hesychio *ἀγαπητὸς* est *μονογενὴς*, et *κεχαρισμένος.* Honorius autem, qui alter Theodosii filius, natus est duntaxat anno proxime insequente CCCLXXXIV. ut habent Idat. Marcellin. aliique optimae notae Chronologi. Quanquam reclamare quidem scio constantem scriptorem Claudianum in IV. Consul. Honorii, v. 155. Videtur enim ille velle tardius natum, cum primum eiusdem Consulatum in primum aetatis eiusdem annum ait incidisse:

Donaturque tibi qui te produxerat annus.

Verum *ὑπερβολικῶς*, ut fit, vatem hic locutum, neque adeo inter Chronologos audiendum puto.

Ibid. A. 11. *Καὶ μελήσῃ αὐτῷ Φοίνιξ.* Studium, curam, solicitudinem, in Arcadio erudiendo, qualem in instituendo Achille Homericus Phoenix adhibuit, Themistius pollicetur. Tullius, lib. III. de Orat. *Phoenix se a Peleo Patre Achilli iuveni comitem esse datum dixit ad bellum, ut illum efficeret oratorem verborum, actoremque rerum.* Homerus, Iliad. ι'. v. 442.

Τοὔνεκά μ' πρόέηκε διδασκέμεναι τάδε πάντα,
Μύθων τε ῥητῆρ' ἔμεναι, πρηκτῆρά τε ἔργων.

AD ORATIONEM XVII.

NOTAE IOANNIS HARDUINI.

Cum Praefectura Urbis donatus esset ab Imperatore Themistius, orationem hanc habuit in Senatu, ut et gaudium suum impertiret ceteris, et pro eo gradu in quo fuerat collocatus, omnes ordines ad revocandae tuendaeque disciplinae studium excitaret. Incidisse autem huius Praefecturae tempus necesse est in Consulatum Clearchi et Richomeris, an. CCCLXXXIV. circa Kal. Septemb. Nam orationem quae hanc proxime sequitur, et in ipsa Themistii dicentis *πολιαρχίᾳ* et sexto Theodosii
480 imperantis anno dictam esse, ex ipsius verbis pag. 224. liquido eruitur; et eodem imperante vacuus alter annus nullus occurrit, qui alterius alicuius Praefecti Urbi nomine careat, praeter quatuor postremos huius anni menses, et maximam partem insequentis. Non est autem quod quisquam miretur Kal. Sept. hoc eum magistratu fuisse donatum. Nullum enim, ne Romae quidem, statum anni tempus eligendo Praefecto Urbi fuisse, docet Indiculus, sive Notitia Praefectorum Urbi.

P. 213. C. *Ἐπανήγαγεν αὐθις διὰ μακρᾶ χρόνου.* Videtur significare se nunc secundum inire hunc magistratum, quo fuerit iam longo ante intervallo perfunctus. Et vero Suidas a Iuliano, Palladas lib. II. Antholog. a Valente Praefecturam Urbis delatam ei exerte affirmant. Commiscae fortasse ad breve tempus alienae vices.

Quod autem ad dignitatem P. V. CP. attinet, occurrit hic aliquid observatione sane dignum. Scribit Socrates Praefectum Urbi CP. datum, *πάσαντα τὴν ἀνθυπάτων ἀρχήν:* ubi interpres vertit, *Proconsulum Magistratu penitus sublato.* At debuerat reddere, *sublato Duumvirum Magistratu.* Nam si Pro-

consularis Europa provincia fuisset, cuius et caput Constantinopolis foret, (ut ex hoc uno Themistii loco existimat se recte conficere Henr. Vales. in notis ad Ammian.) et Proconsul hoc anno Iustinus, de quo ad epistolam Constantii diximus: cum duo non potuerint simul esse Proconsules, videtur Socrates, cum hunc Magistratum abrogatum esse dixit, si accurate loqui voluit, non *ἀνθυπάτων ἀρχὴν* fuisse sublatam, sed *ἀνθυπάτου*, dicere debuisse. At quod caput est, non Proconsularis legitur Europa Thraciae, sed tantum Consularis fuisse; neque in sex Thraciae provinciis ulla unquam Procpnsularis fuit. Duumviri nempe *ἀνθύπατοι* quoque dicti, quia videlicet duorum Consulum, penes quos Romae olim summa rei publicae fuit, instar illi erant in civitatibus et municipiis. Duumviris igitur sublatis datus est Praefectus Urbi CP. primum Eusebio et Hypatio Coss. an. CCCLIX. ad exemplum Praefecti Urbi Romae: ut quae altera Roma audiret, a vetere Roma quoad administrationis formam nihil discreparet. De potestate denique P. V. vide Cassiod. Variar. lib. VI. formula IV.

Ibid. D. penult. *Ἀντὶ τῆς θεωρίας εἰς τὴν κόνίστραν.* Similis est illa paroemia vulgaris, *Ex umbra in Solem.*

P. 214. A. *Ἔργων ἀποδείξεις.* Melius *ἐπιδείξεις.*

Ibid. A. penult. *Δύναμίς τε πολιτικὴ καὶ φιλοσοφία.* Idem habet orat. VIII. ad Valentem, pag. 107. et orat. XIII. pag. 166. ubi vide quae ex Tullio retulimus.

Ibid. A. ult. *Ἃς πρώτας.* Corrig. *πρῶτος.*

Ibid. C. 2. *Κοσμεῖν τε ὑμᾶς καὶ παρ' ἡμῶν.* Corrig. *κοσμῶν τε ἡμᾶς καὶ παρ' ὑμῶν.*

P. 215. A. 8. *Τὸν Ἀρειανὸν καὶ τὸν Ρούστικον.* Suidas. *Ἀρριανὸς Νικομηδεὺς, φιλόσοφος Ἐπικτήτειος, ὃ ἐπικληθεὶς νέος Ξενοφῶν· ἦν δὲ Ῥώμῃ ἐπὶ Ἀδριανοῦ καὶ Μάρκου καὶ Αντωνίνου τῶν βασιλέων, καὶ ἀξιωμάτων μεταλαβὼν, καὶ μέχρις αὐτοῦ τοῦ ὑπατεῦσαι*, etc. De Rustico, Iul. Capitol. in Marco Antonino: *Iunium Rusticum reveritus est . . . . cum* 481 *quo omnia communicavit, publica privataque consilia, cui etiam ante Praefectos Praetorio semper osculum dedit, quem et Consulem iterum designavit, cui post obitum a Senatu statuas postulavit.*

Ibid. B. 3. *Θρασέας καὶ Πρίσκος.* Thraseas Paetus Philosophus Stoïcus, Patavio oriundus, vir egregius, et malis temporibus clarus; Neronis enim aetate vixit. Hunc Tacit. lib. XIV. *Egregium*, Martialis lib. I. Epigramm. *Magnum*, Plinius lib. VIII. ep. XXII. *Maximum vocat.* Huius genus Priscus Helvidius, a cuius moribus nihil aeque ac libertatem hausit, opum contemptor, recti pervicax: de quo Iuvenal.

Quale coronati Thrasea, Helvidiusque biberunt.

Ibid. B. 4. *Καὶ Βίβος, καὶ Φαβώνιος.* Corrupte βίβος legitur pro *Βίβουλος*. Fuit ille Bibulus Catonis gener, quem Pompeius classi praefecit: de eo Plutarch. in Catone min. Marcus autem Favonius M. Catonis imitator et aequalis fuit: nec doctrina magis, quam παῤῥησίᾳ philosophabatur.

Ibid. B. 5. *Τοὺς τρίβωνας καὶ τὰς τηβέννους.* Pallii Philosophorum insignia fuisse cum clava seu baculo notum est. Liban. Andronico, ep. CXXXVI. *τῶν δ' αὖ φιλοσοφούντων χαίρειν ἐᾶν πώγωνα καὶ τρίβωνα καὶ βακτήριον.* De *τηβέννοις* vide Petavii notas ad orat. II.

Ibid. C. *Τρὶς ἐξέπεσεν εἰς Διονύσιον καὶ Σικελίαν.* Tzetzes, Chiliad. 10. hist. 361. v. 995.

P. 216. B. 8. *Τάξιν μὲν οὖν εἰς τὴν γερουσίαν.* Universum Senatorum ordinem pro suo munere ac magistratu hortatur ad studium disciplinae tuendae. Erat enim Praefectus Urbi idem et Princeps Senatus: Patres in consilium vocabat, ferebat de iis iudicium, eorundem iura tuebatur. Senator in formula, Symmach. lib. X. epist. Sidonius, epist. XVI. in Sapphico:

——— *accepi capiens honorem*
Qui Patrum ac Plebis simul unus olim
Iura gubernat.

In nummis *ΓΕΡΟΥΣΙΑ. ΙΕΡΑΠΟΛΕΙΤΩΝ. Senatus Hierapolitanus.* Vide Festum, verbo *Gerusia*. Varro, lib. IV. de ling. Latin. *Senaculum* interpretatur.

AD ORATIONEM XVIII. NOTAE.

Petav. In Theodosii Imperatoris commendationem impensa haec oratio est: a quo cum esset ad dicendum invitatus, primum illius *φιλησοΐαν*, hoc est, audiendi cupiditatem, tum humanitatem, magnificentiam, ac ceteras dotes mirifice celebrat. Magna apud Theodosium Themistii auctoritas fuit, adeo ut coram S. P. Q. in Occidentem profecturus filium ei suum commendaverit, quemadmodum hac in oratione testatur. Quare etsi senio iam confectus esset Philosophus, non tamen feriari eum ab dicendi contentione sivit. Idque adeo ex praeclare factorum conscientia atque fiducia sui profectum docet ipso statim orationis aditu: quae habita videtur anno Imperii sexto,
482 ut quae paulo post initium sequuntur, non obscure significant, *καὶ ὃ μεταχειρίζεται ἤδη ἕκτον ἔτος ἀκέραιον.*

P. 217. A. 2. *Καὶ ἀποπηδᾷν ξὺν ῥαστώνῃ.* PETAV. *Κέλητα*, sive desultorem equitem describit: Latini *Celsos* appellarunt. Festus: *Celsus a Graeco κέλης, eques dictus.* Gloss. Vet. *Celsus ὑψηλὸς μετέωρος, καὶ κέλης.* Notum illud Horatianum,

Celsi praeterount austera poëmata Rhamnes.

Sic accipiendus videtur Silii versus ille lib. XVII.

Contra sana manus Rutuli, celsusque ruebat
Viso Rege procul raptis exercitus armis.

Eosdem *singulatores* vocarunt. Gloss. *Singulator ἱππαστὴς κέλης.* Alias singulares. Propertius L. IV. El. II. Vertumnos desultores vocat, ut Scaliger observat.

Est etiam aurigae species Vertumnus, et eius
Traiicit alterno qui leve pondus equo.

Ibid. A. 5. *Τὰ δυσπόριστα.* PETAV. Henr. Stephanus *δύσπορα* restituit.

Ibid. A. 6. *Παρ' αὐτῷ τῷ Ομήρῳ.* PETAV. Iliad. *ψ'.* uti quae deinceps sequuntur.

Ibid. D. 4. *Καὶ ὅση συγχωρεῖ τὴν ὀργήν.* PETAV. Dictum hoc videtur propter Gotthos, qui Theodosii virtute superati, atque in amicitiam recepti.

Ibid. D. ult. *Ἀναμνήσθητε οὖν τοῦ πρώτου.* PETAV. Praedicatae fuerant coram Senatu a Poëta quopiam Theodosii laudes. *Βοιώτιον* itaque *μέλος* ideo vocatur, vel quod Poëta ille Boeotius, vel quod Pindaricum *μέλος* esset.

P. 218. A. 3. *Εἰσιόντι μέλος πεποιημένον.* PETAV. Corrig. *εἰσιόν τι μέλος.*

Ibid. A. 7. *Μηδὲ θαμίζει δορυφορουῦσα.* PETAV. Legendum *διωροφοροῦσα*, ut et postea P. 221. id quod suo loco docebimus.

Ibid. D. 7. *Οσα οἱ πάλαι.* PETAV. Melius est *οἱ πολλοί.*

P. 219. A. 2. *Οτι οὐ χρυσὸς ἀετός.* PETAV. Aquila aurea, et purpureus Draco Imperatoria insignia erant, et ante Imperatorem praeferebantur. De Dracone Am. Marcel. L. XVI. *Alios purpureis subtegminibus texti circumdedere Dracones, hastarum aureis gemmatisque summitatibus illigati, hiatu vasto perflatiles, et ideo velut ira pereiti sibilantes, caudarumque volumina relinquentes in ventum.* Iustinus Apol. 2. scribit procedentem Imperatorem antecessisse, *τρόπαια σταυροειδῆ. Καὶ τῶν τροπαίων δι' ὧν αἵ τε πρόοδοι ὑμῶν πανταχοῦ γίνονται, τῆς ἀρχῆς καὶ δυνάμεως τὰ σημεῖα ἐν τούτοις δεικνύντες.* Tertull. Apolog. *Sipara illa vexillorum, et cantabrorum stolae crucium sunt.*

Ibid. C. ult. *Οὕτω διοικεῖται.* PETAV. Forte *διάκειται.*

Ibid. D. penult. *Καὶ προὐφαίνων ὀσημέραι.* PETAV. Manifeste hic *προσυφαίνων* postulat sensus.

P. 220. A. *Υφήνης μόνον αὖθις.* PETAV. Prava interpunctione obscurior hic locus redditus est. Itaque post *μόνον* apponenda distinctio.

Ibid. B. 2. *Ωσπερ οἱ λίχνοι.* PETAV. Ita Iulianus Orat. 483 *περὶ τῶν αὐτοκρ. πρώξ. Ὅτι παντὸς ἐδραττόμεθα, ὥσπερ ἐν τοῖς συμποσίοις οἱ λίχνοι τῶν ἐδωδίμων ἁπάντων οὐχ ὑπομένοντες τὸ μὴ τῶν προκειμένων ἅψασθαι.*

Ibid. D. 4. *Οἷα που καὶ ἡ πρώτη.* PETAV. Corrupta vox *ἐγκράτεια*, pro *ἐκστρατεία*. Nam de Gratiani nece loquitur, qui a Maximo est interfectus. Secundum quam caedem Legatos ad Theodosium misit Constantinopolim, ut illius animum exploraret, velletne ipsum in Imperii collegam adsciscere. At ille tempori consulens bona spe Tyrannum aluit, ne superatis Alpibus Valentinianum Imperatorem adolescentulum opprimeret. Zos. L. 4. Quamobrem tum profectionem in Gallias Imperatorem destinasse suspicari licet. Quas quidem per Rhenum accipere debemus. Alioqui Lugduni tum Maximus erat. Ac sane vereor ut *Ῥῆνον* hic pro *Ροδανὸν* irrepserit. De hac Theodosii expeditione vide Latini Pac. Paneg. ad Theod.

Ibid. HARDUIN. Extincto Gratiano, cum maior esset in Galliis potentia auctoritasque Maximi, quam ut Theodosii copiis quas ad Rhenum miserat, comprimi plane posset, foedus ille cum Maximo iniit, ut iis contentus quae vi iam eripuisset, Imperatoriae deinceps stirpi et Valentiniani lumioris vitae ditionique parceret. Hinc est quod Consulatum gessit anno CCCLXXXVI. cum Honorio NB. Evodius, qui pro Maximo Praefectus Praetorio Galliarum erat: et Maximo ipsi concessum ut se Augustum collegamque Caesarum appellaret. His aliisque officiis eum a studio rerum novarum tantisper avertit Theodosius. Atque hoc illud est, ut opinor, quod satis plane significat hoc loco Themistius, cum Rhenanae expeditionis fructum non exitu certaminis, quod nullum fuit, sed voluntate Ducis et consiliorum simul eventu esse metiendum: per eam quippe effectum est, ut Imperatoriae stirpis reliquiae salvae et incolumes forent.

Ibid. D. 7. *Ἡ ὑπερήφανος, καὶ βασιλική.* PETAV. Pro *ἡ*, corr. *ἣν*.

P. 221. D. 2. *Οὓς οὐχ ἡ γῆ αὐτῷ.* PETAV. Scribe *ἐδαφοφόρει*, qui error et antea a nobis emendatus est.

Ibid. D. 4. *Καὶ οἱ εὐπορεῦντες.* PETAV. Lege *οὓ εὔπορ.* vel *εὐπορῶν τις* et *τῷ λιμῷ ἀπόλλυνται*, vel *ἀπόλλυται*. Ad Midae fabulam alludit, de qua Claudianus L. I. in Eutrop.

Sic rex ad prima tumebat
Maeonius, pulcro cum verteret omnia tactu.
Sed postquam riguisse dapes, fulvamque revinctos
In glaciem vidit latices: tunc munus acerbum
Sensit, et invisо votum damnavit in auro.

Ibid. D. 7. *Τοιγάρτοι Κροῖσον.* PETAV. Herodotus L. I. P. 222. *Χωρὶς μὲν ἐπὶ τῷ Τίγρητι.* PETAV. Mutilus hic locus est. HARDUIN. Hunc locum quem recte Petavius censuit esse mutilum, facile sic restitui posse censemus: *χωρὶς μὲν ἐπὶ τῷ Ἴστρῳ*, vel potius *Ῥήνῳ*, *χωρὶς δὲ ἐπὶ τῷ Τίγρητι*: ut duos exercitus significet, quos Theodosius tum temporis simul alebat, ad Tigrim in Oriente alterum contra Persas, alterum ad Rhenum vel ad Danubium in Occidente adversus Maximum tyrannum, aliosque Romani nominis et Imperii hostes. His fortasse territi copiis Persae legationem misere de pace ad 484
Theodosium, Richomere ac Clearcho Coss. id est, hoc ipso an. CCCLXXXIV. cuius legationis meminit Pacatus in Paneg. Socrat. lib. V. et Marcellin. Comes, Coss. suprascriptis, et alii. Illa pax est quam Stilico e legatis unus composuit, eleganterque et copiose Claudianus exornavit.

Ibid. A. 7. *Ἀλλὰ καὶ ἐκτείνει.* PETAV. Scribe *ἐκτίνει.*

Ibid. A. 9. *Ἀλλὰ καὶ ἐπαύξει.* PETAV. Huius paternae munificentiae, et amplificatae annonae meminerunt Impp. Arcad. et Hon. L. XIV. Cod. Th. tit. XVII. *Inclytae recordationis pater clementiae nostrae post solitum canonem, qui urbi augustissimi nominis praebetur, certum annonarum modum de novo canone addendum esse constituit.* At Zosimus Christianorum Impp. osor id illi vitio tribuit, atque aerarium largioribus annonis gravatum asserit L. IV. *Τούτῳ τε, καὶ τὸ δημόσιον σιτήσεσιν ἐβάρυνε πλείοσιν.*

Ibid. A. 11. *Καθάπερ τῇ μητροπόλει.* PETAV. Quam *μητρόπολιν* intelligat ambiguum est. Ego ad Romam editione I. retuleram, quam Orat. IV. *μητρόπολιν* vocat. Nam *Μέγαρα*, quae *φύσει* metropolis fuit, nihil ad *ξενηλασίαν* istam pertinent, quantum quidem ex historia constat. At nunc re accuratius perspecta Lacedaemonem significari non dubito, quae nonnullorum sententia Byzantii *μητρόπολις* dici queat, quod a Pausania Rege sit condita. Iustinus L. IX. Isidorus L. XV. c. I. Orosius. Quod tametsi falsissimum est, diu enim ante Pausaniam stetit, tamen cum ab eo capta ac Medis erepta sit, ut L. I. Thucyd. narrat, colonis ab eodem frequentatam verisimile est. Qua ratione *μητρόπολιν* hic Lacedaemonem appellari sentio. Ad eundem sensum exigendum et illud est, quod Ammian. L. XXII. Constantinopolim vetus Byzantium Atticorum coloniam nominat. At Velleius, Mileti, lib. II. *In legibus*

Graecchi inter perniciosissimas numeraverim, quod extra Italiam colonias posuit. Id maiores quum viderent, tanto potentiorem Tyro Carthaginem, Massiliam Phocaea, Syracusas Corintho, Cyzicum ac Byzantium Miseto genitali solo, diligenter vitaverant. Denique Constantinus Porphyrog. l. de Thematibus: *Αὐτὸ δὲ τὸ Βυζάντιον Μεγαρέων, καὶ Λακεδαιμονίων, καὶ Βοιωτῶν ἐστιν ἀποικία τῶν ἀρχαιοτάτων Ἑλλήνων. διὸ καὶ τῆς τῶν Δωριέων γλώττης ἐν ἐπιστήμῃ τυγχάνουσιν.*

Ibid. HARDUIN. Cum ipsa Constantinopolis se populi Romani coloniam fatentur, et Romam metropolim agnoscat: non video cur in aliam quampiam civitatem transferri hanc laudem oporteat. Coloniam certe vocat Pletho, orat. I. de rebus Peloponnes. *Ἐπειδὴ οἱ μετὰ ταῦτα τὴν λαμπρὰν ταύτην ἀπὸ τῆς ἐν Ἰταλίᾳ Ῥώμης ἀποικίαν στειλάμενοι, καὶ Βυζάντιον οὕτω καλῇ καὶ μεγάλῃ ἐπηυξηκότες τῇ προσθήκῃ, Πελοποννησίων οὐκ ἀλλότριοι.* Et Romam Byzantii metropolim aperte profitetur ipse Themistius, denegata etiam expressis verbis tam honorifica appellatione Megarensium civitati, orat. XXIII. ubi Constantinopolitanos cives ita affatur: *Ὑμῶν αὖ εἵνεκεν πολλὴν γῆν ἐπῆλθον καὶ πολλὰς πόλεις μεγάλας καὶ εὐδαίμονας, ἀτὰρ δὴ καὶ τὴν μητρόπολιν τὴν ἡμετέραν, οὐ τὰ ἀρχαῖα Μέγαρα λέγω, ἀφ' ὧν ὡρμήθησαν οἱ τῷ Βοσπόρῳ προσοικήσαντες, ἀλλ' ἣ τῶν μὲν ἄλλων πόλεων βασιλεύει, τῇ δὲ ἡμετέρᾳ συμβασιλεύει.* Atque eam ob rem utique Constans
485 Heraclii nepos cum de antiqua Imperii sede restituenda cogitaret, Romam matrem, Constantinopolim filiam nuncupabat. Zonaras in eius vita: *Βουλόμενος καὶ τὴν βασιλείαν εἰς τὴν πρεσβυτέραν Ῥώμην μετενεγκεῖν. Ἔλεγε δεῖν μᾶλλον τὰς μητέρας ἢ τὰς θυγατέρας τιμᾶν.* Et August. lib. V. de Civit. Dei, c. 21. Constantinopolim Romae filiam vocat. Roma scilicet *ἀστέων*, ut de Thera cecinit Pindarus, *ἕδρα μελησίμβροτος*, in variis terrarum oris, per quas invicta tanti populi virtus pervaserat, plures olim colonias propagavit, ciectis praecipue peregrinis ex Urbe, id quod inopia plerumque rei frumentariae accidebat, ut docent Symmach. lib. II. epist. VII. et Liban. in Antioch. agens de foecunditate agri Antiochensis. Hic ergo Theodosio de amplificata adeo Regina urbis annona gratulatur, ut ex Urbe eiiciendus nemo deinceps sit, ne peregrinus quidem, ut Romae saepe olim contigit.

Ibid. C. 4. *Οὐδὲ ὅρμιον τὸ κάλλος.* PETAV. Non poenitet me coniecturae meae, qua *ἁρμιὸν* pro *ὅρμιον* scribendum existimavi. Est enim *ἁρμιὸν* idem quod postea *λαγαρὸν* et *ὑπόσυμφον* appellat.

Ibid. C. 8. *Αὐλῇ τε βασιλέως ἐπωνύμῳ.* HARDUIN. Basi-

lica scilicet Theodosiana, quae fuit in regione Urbis CP. octava, ex descriptione urbis eius.

Ibid. C. 11. *Νῦν ὁμφαλός.* HARDUIN. Sic Asiam Pompeius quam ultimam populi Rom. accepit provinciam, mediam eam fecit. Plin. l. VII. sect. XXVII.

Ibid. C. ult. *Ω πάτερ, ὦ εὐδαῖμον.* PETAV. Quemadmodum a Constantino Byzantium sit ornatum, pluribus memorat Zos. lib. II. Qui etiam addit, id quod ad Themistium nostrum plurimum facit, alios Imperatores multo maioribus eam muris circumdedisse, atque aedificia sic contigua esse permisisse, ut et domi, et foris artentur incolae, nec sine periculo propter ingentem hominum, atque animalium multitudinem, per Urbem incedant. De eiusdem amplitudine ac magnificentia cecinit ista Sidonius, Paneg. Anthemii Aug.

Porrigis ingentem spatiosis moenibus urbem,
Quam tamen angustam populus facit. Itur in aequor
Molibus, et veteres tellus nova contrahit undas.
Namque Dicarchaeae translatus pulvis arenae
Intratis solidatur aquis, duratagque massa
Sustinet advectos peregrino in gurgite campos.

P. 223. A. 2. *Τῷ δὲ καλλύνεται ἡ τύχη.* PETAV. Recte Stephanus *εἰ τύχη*, vel *οἱ τοῖχοι* et *καλλύνονται* corrigit. Nam et parietes, et pavimenta marmoreis crustis vestiebantur, aut tessellato etiam opere distinguebantur. Quae ambo huic loco congruunt. Hoc enim est *καλλύνεσθαι τὰ ἐδάφη*, vel *τοὺς τοίχους*. Cuiusmodi in Tiburtino Manlii Praetorium describit Statius lib. I. Silv. Sed obscura nonnihil carminum pictura, quae opportune hic luce aliqua nostrae interpretationis illuminanda est. Sic igitur canit:

Dum vager aspectu, visusque per omnia duco,
Calcabam nec opinus opes. Nam splendor ab alto
Defluus, et nitidum referentes aëra testae 486
Monstravere solum, varias ubi picta per artes
Gaudet humus, suberantque novis Asarota figuris.

Ubi hoc Poëta significat, tam solum marmoreis tessellis pictum ac variegatum fuisse, quam tectum ipsum ac fornicem pellucidis ac splendidissimis testis obductum, a quibus lux splendorque longe lateque diffusus quodammodo defluere. Easporro nitidissimi speculi more modoque pavimenti figuras atque asarota repraesentasse. Cum igitur eo pervenisset Statius, atque oculos huc illuoque circumduceret, necdum ad solum oculos adiecisset, non ante quid calcaret animadvertisse, quam sublatis oculis pavimentum per testulas illas transpiceret. Conturbat aliquantulum particula *nam*, pro qua longe clarius *cum* scribi potuit. Quamquam illa caussam continet non cur asa-

rota calcaverit, sed cur nec opinus id fecerit. Non enim prius animadvertit, quam in speculo monstraretur.

Primus Romae parietes crusta marmoris operuisse Mamurra Formianus a Cornelio Nepote traditur, auctore Plinio lib. XXXVI. c. VI. quem Catullus mordaci Epigrammate traduxit. Verum in illo Pliniano loco mendum esse, et quidem desperatissimum censet Iosephus Scal. Comment. ad Catullum. Quem, quia secus sentio, in medium afferam, et expendam. *Hic namque est Mamurra* (ait Plinius) *Catulli Veronensis carminibus proscissus, quem, ut res est, domus ipsius clarius quam Catullus dixit habere quicquid habuisset Comata Gallia.* Hunc locum ita depravatum esse pertendit Scaliger, *ut in toto Plinio nullus sit corruptior. Mirum enim est*, inquit, *de hac domo tacuisse Catullum, quod, si ita res se haberet, nunquam tacuisset.* Sed quemadmodum ea ratio procedat, equidem non video. Nisi forte domum eiusmodi ullam habuisse negare potest Mamurram, cuius subinde mentionem eodem in loco Plinius fecerit. Quid apertius porro quam quod illis verbis significatur? Reipsa clarius Mamurrae domum illud idem, quod Catullus exprobrarat, quam hunc ipsum Poëtam suis versibus, declarasse. Quare quod rescribendum conficit *Metrodorus Scepsius* pro *ut res est, domus ipsius*, acute magis quam solide excogitatum videtur.

Ibid. A. 3. *Λίθῳ Λακαίνῃ καὶ Λιβύσσῃ.* Idem in Paneg. Maioriani.

Consurgit solitum saxis, quae caesa rubenti
Aethiopum de monte cadunt, ubi Sole propinquo
Nativa exustas afflavit purpura rupes.
Iungitur hic Sinnas, Nomadum lapis additur istis
Antiquum mentitus ebur: post cauta Laconum
Marmoris herbosi radians interviret ordo.

Vide et Ep. II. lib. II.

Ibid. A. 4. *Καὶ δείκνυσιν ἀπειρόκαλον.* PETAV. Atqui non aere tantum, atque argento: sed et auro, atque ebore, et electro Menelai domus splendebat. Unde et Telemachus in Pisistrati aurem insusurrat, Odyss. δ'.

Φράζεο Νεστορίδη τῷ ἐμῷ κεχαρισμένε θυμῷ
487 *Χαλκοῦ τε στεροπὴν, καὶ δώματα ἠχήεντα,*
Χρυσοῦ τ' ἠλέκτρου τε καὶ ἀργύρου, ἠδ' ἐλέφαντος.

Huc pertinet quod apud Plin. loco ante commemorato legitur: *Fuit tamen inter lapidem atque marmor differentia iam et apud Homerum. Dicit enim Paridis os marmoreo saxo percussum: sed hactenus regias quoque domos cum laudatissimo, praeter aes, aurum, electrum, argentum, ebore tantum adornans.*

Ibid. A. 8. *Καὶ θεάτρων ἀμίλλης.* Petav. Haud sincera lectio. Pro qua verisimile est quod in interpretatione substitui. De Naumachia, credo, loquitur, quam in suburbiis Theodosius instituerat, mari in continentem admisso. Pro *χειροθαυμήτων*, quod nihil significat, conieceram *χειροποιήτων*.

De his ac similibus Constantinopolitanae Urbis structuris agit Gregorius Nazianz. Orat. XXV. *Ἡμῖν δέ φησι καὶ τείχη καὶ θέατρά, καὶ ἱππικὰ, καὶ βασίλεια, καὶ κάλλη στοῶν, καὶ μεγέθη, καὶ τὸ ἄπιστον τοῦτο ἔργον ὁ ὑποχθόνιος καὶ ἀέριος ποταμὸς, καὶ ὁ λαμπρὸς στόλος οὗτοσὶ καὶ ἀπόβλεπτος*, etc. Subiicit postea, *Θάλασσιν δ' οὔπω περιερρήξαμεν ἡμῖν αὐτοῖς, οὐδὲ τὰς ὥρας ἐκερασάμεθα.* Quae postrema fortassis ad Themistianum hunc locum pertinent.

Ibid. C. 5. *Τὴν μουσικὴν αὖθις.* Harduin. Contextus ipse orationis docet non Musicen proprie dictam esse hic intelligendam: sed declamatoriam artem quae una est ex humanis et mansuetioribus disciplinis. Illae autem *μουσικαὶ* priscis scriptoribus dicebantur: ut ex Aristophane liquet, in Equitib.

Ibid. D. *Ωσπερ οἱ κύκνοι.* Petav. Ex Platone desumptum hoc est: qui in Phaedone de iisce Avibus, *ἀλλ' ἅτε οἶμαι*, inquit, *τοῦ Ἀπόλλωνος ὄντες, μαντικοί εἰσιν, καὶ προειδότες τὰ ἐν Ἅιδου ἀγαθὰ ᾄδουσι, καὶ τέρπονται ἐκείνην τὴν ἡμέραν διαφερόντως, ἢ ἐν τῷ πρόσθεν χρόνῳ.* Sed eum cantum fabulosum esse docet in Electro Lucianus. Tametsi affirmare videatur Aristot. IX. de Histor. Et, si Caelio Rhodig. credis, Aelianus etiam audisse se cantantes Cygnos aliquando testatus est. Sic enim ille lib. IX. c. V. *Auctor tamen IO. variae Narrationis Aelianus est, audisse quondoque se canentem Cygnum. Sic enim ait: ἐγὼ δὲ ᾄδοντος Κύκνου ἤκουσα.* Sed errat Caelius; et ex sequentibus verbis error iste convincitur. Addit enim, *οἶμαι δὲ οὐδὲ ἄλλον οὐδείς.* Apponenda itaque negatio, quae in Tigurina Editione ad marginem adscribitur. Hoc modo: *Ἐγὼ δὲ ᾄδοντος κύκνου οὐκ ἤκουσα, οἶμαι δὲ οὐδὲ ἄλλος οὐδείς.*

P. 224. A. 8. *Πάλιν στρατιώτην.* Harduin. Forte, *πάλαι στρατιώτην, militem veteranum.*

Ibid. A. 11. *Οὐκ ἄρα ἐγὼ σπουδαρχιῶν.* Petav. Hic ille locus est, ex quo conici posse statueram non a Iuliano vel Valente, sed a Theodosio Praefectura Urbis ornatum fuisse Themistium. Nam pro *πολυαρχίᾳ* lego *πολιαρχίᾳ*. Cui affinis error e Synesiano libro I. de Providentia olim a nobis sublatus est, ubi *πολυαρχήσας* erat, pro *πολιαρχήσας*. Prioris sententiae, qua Iulianus auctor eius beneficii constituitur, adstipulator est Suidas.

488 Altarius vero de Valente ac Valentiniano mentio fit in Titulo cuiusdam Epigrammatis, quod est L. II. *Ἀνθολ.* c. LI. *Παλλαδᾶ εἰς Θεμίστιον τὸν φιλόσοφον γενόμενον ὕπαρχον Κωνσταντίνου πόλεως ἐπὶ Οὐαλεντινιανοῦ καὶ Οὐάλεντος.*

Αντινοος οὐρανίης ὑπερήμενος εἰς πόθον ἦλθες
Αντινοος ἀργυρέης αἰσχος ἀπειρέσιον.
Ἡσθα ποτὲ κρείσσων. αὖθις δ' ἐγένου πολὺ χείρων
Δεῦρ' ἀνάβηθι κάτω, νῦν γὰρ ἄνω κατέβης.

Quae nos ex tempore ita Latine reddidimus.

Fornice in aetherio residentem, argenteum ad se
Fornicis alterius proh pudor! orbis agit.
Qui melior fueras nunc peior factus, in imum
Ascende; in summum qui modo lapsus eras.

Hos versus pro eo atque arguti ingeniosique sunt, non Palladae esse insulsissimi Grammaticuli, sed Themistii ipsius existimat Muretus in Annot. ad epist. LXVIII. Senecae. Ubi tamen fallitur, cum eundem Consulem putat a Iuliano factum. Nam ὕπαρχος idem est ac Praefectus Urbis, ut est in Gloss. Vet. Ac Mureti sententiae suffragatur Scholion breve lemmati Epigrammatis appositum. *Οἱ δέ φασι Θεμίστιον αὐτὸν εἰς ἑαυτὸν τοῦτο πεποιηκέναι, ὅτε ἔπαρχον αὐτὸν ἐποίησεν Ἰουλιανὸς ὁ βασιλεύς.* Neque vero Themistii avaritiam, ut Opsopoeus arbitratur, sed ambitionem hoc epigramma perstringit. Estque ἄντυξ ἀργυρέη argentei currus *περιγραφή*. Qualem Praefectus Urbis habuit, ut et Pisidiae Praetor, Nov. XXIV. Quippe omnibus civili militarive dignitate praeditis, puta Praefectis Urbi, Magistro militum, etc. carrucarum usus permittitur, L. XIV. Cod. Theod. Tit. XII. *Omnes honorati, seu civilium, seu militarium dignitatum vehiculis dignitatis suae, id est, carrucis biugis intra urbem sacratissimi nominis semper utantur.* At Praefectus Praetorio auratam habebat, ut ad Notitiam Orientalis Imp. Guido Pancirolus observat. Ad summum nisi saepius Praefectura Urbis donatum Themistium dixeris, omnino Theodosio hic locus addicit, a quo se eam dignitatem ideo accepisse profitetur, ut Imperatoris iudicium cum Platonis sententia concors ac consentiens esse monstraret: a quo etiam Tabulas alias longe excellentiores habere significat, hoc est, Arcadium eius filium. Quibus nihil esse potest apertius.

Ibid. B. 3. *Ὑπὸ τῆς ἀνθρωπίνης.* Petav. Leg. *περὶ τῆς.*

Ibid. B. 7. *Οὐκ ἐπ' ἐκείνῃ τῇ δέλτῳ.* Harduin. Deest *θαῤῥῶ*, aut quippiam simile. De Codicillis sive *δέλτοις*, vide notas Petavii ad orat. XXIII.

Ibid. C. *Ὁ ἀγαπητός.* Harduin. Si hac voce unigenam filium placet significari, dictam esse oportet hanc orationem

ante diem V. Idus Septemb. quo die prodiisse in lucem Honorium diximus.

Ibid. C. 2. *Ὁ σωβασιὸς ἐκ τοῦ λέκτου.* PETAV. Arcadius scilicet, ut sequentia indicant, cum eum ita compellat, *ἐπώνυμε τοῦ λογίου Θεοῦ*, hoc est, Mercurii ex Arcadia oriundi. Hunc ut supra dictum est, in Occidentem prefectorâ Theodo- 489
sius Themistio, forte tunc Urbis Praefecto, coram Senatu ac populo commendaverat.

Ibid. C. 5. *Ἐπὶ τὴν ἑσπέραν.* HARDUIN. Non eam expeditionem certe intelligit, quam nonnisi post quadriennium suscepit Theodosius adversus Maximum: sed profectionem in urbem Heracleam, et Beroeam: Thraciam fortassis a Gothunnorum excursionibus defensurus, cum quibus saepius congrediendum hoc tempore fuit in Thracia: de quibus tandem post biennium plane devictis Constantinopoli an. CCCXXCVI. cum Arcadio triumphavit.

Ibid. C. penult. *Προσήκων καὶ ἰδιώτῃ.* PETAV. *Τὸ προσήκειν* inducendum arbitror. Est enim superioris *ἀνήκων* glossema perperam intrusum.

Ibid. D. ult. *Ἀ μόνοις.* PETAV. Corrig. *ἃ μόνῃ.*

P. 225. A. 2. *Παλαιῶν κλέα αὐτοκρατόρων.* PETAV. Nam et Achilles in secessu, *ἄειδε δ' ἄρα κλέα ἀνδρῶν.*

Ibid. B. 5. *Ἡ εἴγε μητριωτέρα.* PETAV. Corrig. *ἥγε.*

Ibid. B. 7. *Ἡ μήτηρ.* HARDUIN. Aelia Flaccilla Arcadii mater, quae tum adhuc erat in vivis.

AD ORATIONEM XIX. NOTAE.

PETAV. Theodosii senioris mirificam in Antiochenos clementiam hac Oratione celebrari magnus ille Baronius existimat, ad an. CCCLXXXIIX. Cuius opinioni favent quidem nonnulla quae in ea leguntur. Velut quod celerrime veniam indulserit, quod in longinquas regiones vox illa salutaris pervenerit, quod lugubri amictu deposito festum ab reis celebratum sit. Quae omnia eodem illo tempore contigerunt. Verum si quis sedulo omnia quae hic a Themistio tota oratione dicuntur, attenderit, non dubitabit quin alio prorsus quam ad Antiochenorum crimen illud pertineat. Nam ut omittam, quod illic duo reorum genera discernuntur: quorum unum extra culpam, et auditione tenus implicatum eo scelere: alterum maleficii convictum: adeo ut *ἀδίκημα* et *δυσνύχημα* pariter in eo ver-

natum sit, quae non videntur commode populari isti seditioni, ac tumultuariae, non ex compacto, aut consilio concitatae, posse convenire. Ut, inquam, illud, quod levius videri possit, praeteream: certe quod de Imperatoris filio Themistius ait, nullo modo in Antiochena illa tempora quadrat, cum ita scribat: ei reorum absolutioni subscripsisse una et Imperatricem, et unicum, charissimumque filium, qui ut parentum similis sit, pius iuxta ac clemens esse debet. Sed in Graeco expressius quiddam, et ἐμφαντικώτερον est: Συμψήφου τῆς ὁμοζύγου οὔσης αὐτῷ, καὶ ἀεὶ βουλευούσης εἰς μέσον, ἐπομένου δὲ ἀμφοῖν καὶ τοῦ παιδὸς τοῦ ἀγαπητοῦ, ὃν ἐν τοῖς αὐτοῖς ἤθεσι καὶ ἐκτρέφουσι καὶ ἐξασκοῦσι, ἀμφιθαλοῦς ἀτεχνῶς, καὶ ἀμφιδέξιον. οὕτω γὰρ ἂν μᾶλλον ἔοικὼς ᾖ τῶν γεναμένων, εὐσεβεῖ τε αὐτῷ καὶ φιλανθρώπῳ εἶναι προσήκει. His verbis non obscure indicat vixisse tum Placillam Arcadii matrem, eamque cum viro suo optimis moribus filium ἀγαπητὸν, hoc est, ut norunt eruditi, unicum, et ma-
490 xime carum, habuisse: id quod insuper vox ἀμφιθαλὴς exprimit. Est enim ἀμφιθαλὴς, cuius uterque parens superstes est. Ἐπ᾽ ἀμφοτέροις τοῖς γονεῦσι θάλλων, ait Hesychius. At Antiochenorum illud facinus nonnisi post Placillae obitum accidere potuit. Et quidem biennio post, ut eidem Annalium scriptori placuit. Nec est quod ad Gallam, quam post Placillae obitum duxit Theodosius, quae hic ad coniugem pertinent, referenda putes. Etenim vox τῶν γειναμένων non aliam spectat, quam Arcadii genitricem. Nec ex Galla virilem prolem sustulit Imperator; sed unicam filiam, Gallam scilicet Placidiam. Et ut sustulerit aliquam, cum anno altero quam Gallam duxit, Antiochenorum crimen contigerit, qui potuit parentum decreto infans iste subscribere? Quamobrem aliud omnino Theodosii factum praedicari necesse est. Quod quale sit compertum mihi nondum esse fateor. Suspicari licet contra Imperatorem occulta ab quibusdam inita consilia. Quod Senatorum illae voces indicant: πρὸ πάντων φροντιστέον ἐστὶ τῆς ἀσφαλείας τῶν Αὐτοκρατόρων. Et quod subiicit: Ἀλλ᾽ ὄγε οὕτω φρονῶν, etc. τί ἄλλο ἢ κακονουστέρους ὑπολαμβάνει τοὺς πρὸς εὐκλειαν αὐτῷ ἐμποδὼν ὄντας τῶν τῷ σώματι ἐπιχειρούντων. Nam adversus Imperatoris vitam conspirasse nonnullos haec profecto verba declarant. Postremo nonnemo arbitrari posset alium hic quam Theodosium, Imperat. laudari, nisi evidentibus notis ea coniectura refelleretur, ut cum Traianum et Marcum Impp. illius Populares, hoc est Hispanos, appellat: id quod de Theodosio accipiendum est. Habent igitur eruditi viri, atque historiae studiosi, in quo quaerendo atque enucleando ingenium suum exerceant.

HARDUIN. Memini me apud Libanium legere orat. XII. quae prima est ad Theodosium, solitum esse olim Iulianum Didium Imp. animadvertere gravissimo ignis supplicio in eos qui vates divinosque consulerent de sorte ac fortuna Principum: Theodosium vero mirifice laudari, quod in pari scelere non eandem vim severitatis adhibuisset. *Ὑπὸ μὲν γὰρ ὁμοίων ἐγκλημάτων*, inquit Libanius, *ἦσάν τινες ἀποθανούμενοι· καὶ ἡ ψῆφος εἶχε θάνατον· ἡ δὲ λύουσα φωνὴ τὴν ψῆφον, λαβοῦσα τὴν ἀρχὴν ἐκ τῶν βασιλείων, ἐχώρει διὰ τῆς πόλεως, ἀπάγουσα τῶν αὐχένων τὰ ξίφη. Nam propter similia crimina quidam fuerant addicendi neci, et sententia fuerat de capite lata: sed vox condemnationem solvere assueta, cum a Regia profecta esset, pervagata est per Urbem, gladios abducens a cervicibus.* Atque hoc quidem insigne clementiae specimen ab ipso Theodosio editum eidem idcirco proponit, ut ab illa humanitate non discedens, illatam sibi ab Antiochenis iniuriam in deiectione statuarum ultro condonet. Idem vero rursum habet expressius orat. XIII. quae est ad Theodosium altera. Quamobrem nihil esse caussae video, quin liquido possim affirmare, ad hoc singulare factum, quod ante seditionis Antiochenae tempus contigit, atque adeo ante Flaccillae obitum, Themistianae huius orationis argumentum spectare: quam proinde dictam esse necesse est an. CCCXXCV.

P. 225. D. 6. *Δίζω ἠὲ θεόν.* PETAV. Leg. *ἤ σε*, ut est apud Max. Tyr. Orat. XI.

P. 226. A. 4. *Νισαίων ἵππων.* PETAV. Alludit ad pom- 491
pam illam Xerxis, Graeciam ingredientis, quam Herodotus describit in Polyhym. De Nisaeis vero equis inter alia haec habet. *Μετὰ δὲ, ἔρωι Νισαῖοι καλούμενοι ἵπποι δέκα κεκοσμημένοι ὡς κάλλιστα. Νισαῖοι δὲ καλέονται ἵπποι ἐπὶ τοῦδε. Εστι πεδίον μέγα τῆς Μηδικῆς, τὸ οὔνομά ἐστι Νισαῖον. τοὺς ὦν δὴ ἵππους τοὺς μεγάλους φέρει τὸ πεδίον τοῦτο*, etc. Pauloque post. *Τούτου δὲ ὄπισθεν αὐτὸς Ξέρξης ἐπ' ἅρματος ἵππων Νισαίων.* Huic vero Themistiano loco affine quiddam habet Iulianus, lib. *περὶ αὐτοκρ. πραξ.* ubi in Imperatore laudare se nolle ait, *Χρυσὸν, καὶ ἀλουργῆ χλαῖναν, οὐδὲ μὰ Δία πέπλους παμποικίλους γυναικῶν ἔργα Σιδωνίων, οὐδὲ τῶν ἵππων Νισαίων καλὴν καὶ χρυσοκολλήτων ἁρμάτων ἀστράπτουσαν αἴγλην, οὐδὲ τὴν Ἰνδῶν λίθων εὐανθῆ, καὶ χαρίεσσαν.*

Ibid. A. 7. *Ἀλλὰ τὸν μὲν Ἑλλησπόντιον.* PETAV. Historiam narrat Herod. Polyhym. Hellespontius quidam Xerxem cum vidisset, in haec verba prorupisse dicitur. *Ὦ Ζεῦ τί δὴ ἀνδρὶ εἰδόμενος Πέρσῃ καὶ οὔνομα ἀντὶ Διὸς Ξέρξεω θέμενος ἀνάστατον τὴν Ἑλλάδα ἐθέλεις ποιῆσαι ἄγων ἅπαν-*

ους ἀνθρώπους. καὶ γὰρ ἄνευ τουτέων ἔξῆν τοι ποιέειν ταῦτα.

Ibid. B. 4. *Ὥστε μαστιγοῦν τὴν θάλασσαν.* PETAV. De his idem Auctor loco citato. Ubi et eorum qui priorem Pontem struxerant, iussu illius amputata capita scribit.

Ibid. B. ult. *Οὐδὲ γὰρ ὕστερον.* PETAV. Prorsus ad hunc locum facit, quod apud Iulianum in Caesaribus de eodem Nerone Apollo dicit. Quem cum vidisset in Deorum concilium cum cithara, ac laurea corona ad se transeuntem: *Ἐγωγε αὐτὸν*, inquit, *ἀποστεφανώσω ταχέως, ὅτι με μὴ πάντα μεμεῖται, μηδὲ ἐν οἷς με μιμεῖται γίνεται μου μιμητὴς δίκαιος.* Dio lib. LXIII. Neronem scribit cum in Graeciam traiecisset, Apollini succensuisse, *ὅτι λυπηρά τινα προεῖπεν αὐτῷ*, eique Cyrrhaeam regionem abstulisse, atque illius oraculum delesse, caede hominum ibidem loci perpetrata. Addit in Phocicis Pausan. LIII. ab eodem Imperatore statuas partim Deorum partim hominum indidem sublatas.

Ibid. C. 2. *Καίτοι ἀφίκετο.* PETAV. Citharoedi habitum ac vestem eleganter describit Apuleius Flor. II. de Bathyllo Polycratis deliciis agens: *Eique prorsus citharoedicus status, Deam conspiciens, canenti similis, tunicam picturis variegatam deorsus ad pedes deiectus ipsos, Graecanico cingulo, chlamyda velat utrumque brachium adusque articulos palmarum. Caetera decoris histrici dependent. Cithara balteo caelato apta strictim sustinetur.* Quae sequuntur levi macula sunt infecta, quam obiter eluemus. *Dextera psallentis gestu pulsitabulum citharae admovet, ceu parata percutere. Cum vox in cantico interquievit, interim canticum videtur ore tereti semihiantibus in conatu labris eliquare.* Prava interpunctione vitiata ista sunt. Lego itaque, *ceu parata percutere cum vox in cantico interquievit. Interim*, etc. Sensus expeditus ac commodus. Tantisper dum ore caneret nervis admovere manum videbatur, et quodammodo praestolari dum canticum absolvisset et interquievisset. De hac porro Neronis insania, cultuque citharoedico, praeter Sueton. et Tacitum, vide Philost. lib. V. de vita Apoll. c. II.

Ibid. D. *Ἐπεὶ οὐδὲ Κροῖσον.* PETAV. Herod. lib. I.

492 P. 227. A. 5. *Ἐκκόψαντα αὐτοῦ τὸν ὀφθαλμόν.* HARDUIN. Plutarchus in Lycurgo, pag. 45.

Ibid. D. 5. *Ὅτι χρυσόν.* HARDUIN. Vide quae de hoc argumento Themistius scripsit eleganter, orat. XIII. p. 174.

P. 228. B. 3. *Ὥστε ὁμόσκηνον.* PETAV. Narrat in vita Constantini Eusebius lib. III. Constantinum Imperatorem Musarum Heliconiadum simulacra in Palatio collocasse: quibus-

cum suam, et Coniugis, et Filii imaginem erexisse, ex hoc loco intelligis. Vide Zosim. lib. V.

Ibid. C. 5. *Μέλαινα ψῆφος.* HARDUIN. Haec idem prolixius supra, orat. XV. pag. 190. Inde sumptum, quod antiquitus missis in urnam calculis, ita ferebantur a Iudicibus sententiae, ut albis absolverent, nigris damnarent. Ovid. XV. Metam.

Mos erat antiquis, niveis atrisque lapillis,
His damnare reos, illis absolvere culpa, etc.

Ibid. C. ult. *Ὥσπερ Ὁμηρος.* HARDUIN. Iliad. τ'. v. 223.

Ibid. D. 8. *Δύο πίθους.* HARDUIN. De his egimus, ad pag. 194. orat. XV.

P. 229. A. 4. *Τῷ λόγῳ τῷ Ασσυρίῳ.* PETAV. Depromptum illud e sacris Codicibus dictum celebrat aliquoties Themistius, velut orat. VII. Assyrios vero pro Palaestinis atque Hebraeis usurpat. Quod sequitur, *ἣν οὐχ οἷόν τε*, tam ad *παλάμην*, quam ad *καρδίαν* potest referri. HARDUIN. Vereor ut per literas Assyriorum, sacram Hebraeorum scripturam intelligat. Alia enim longe sunt verba quae Themistius profert, quam quae eruere potuerit vel ex Hebraeo Codice, vel etiam ex Graeco LXX. Interp. Hebraei enim legunt, *Lev meleo beiad Iehovu*, quae verba simpliciter reddunt LXX. *Καρδία βασιλέως ἐν χειρὶ Θεοῦ.* Themistius: *ἡ καρδία*, vel, *ὁ νοῦς τοῦ βασιλέως ἐν τοῦ Θεοῦ παλάμῃ δορυφορεῖται.* Ut ut est, observatione digna vox illa gemina est, *παλάμη*, et *δορυφορεῖται.* Illo enim vocabulo, *παλάμῃ*, significantius indulgentia divina exprimitur: nam ea quae in pretio et amore habentur, portari in palmis dicuntur: tum vero praecipue apud Graecos, quibus vox illa faveris est: unde Pindarus, Olymp. *Θεοῦ σὺν παλάμᾳ.* Denotat pariter vox altera *δορυφορεῖται*, perpetuam quandam assiduamque custodiam: quo sensu usurpatur adhuc orat. VIII. pag. 102. *δικαιοσύνης μὲν καὶ φιλανθρωπίας δορυφορούσης τὴν βασιλείαν*, *cum iustitia atque humanitas stipat imperium:* vel, cum iustitia atque humanitate regitur et administratur. Quare ex profano aliquo potius carmine id depromptum arbitror, cuiusmodi illa fuere quae ipse auctor orat. XXIV. pag. 301. ex Libano profecta ait recitari subinde solita in coetu hominum, qui hoc peregrino maxime concentu mulcerentur.

Ibid. A. 9. *Ἀνωθέν τι βασιλεῦ.* PETAV. Divinitatis nomen praesertim mortuis attributum. Athanas. contra Gent. *Καὶ μέχρι νῦν ἡ Ρωμαίων σύγκλητος τοὺς ποτε αὐτῶν ἐξ ἀρχῆς ἄρξαντας βασιλέας ἢ πάντας, ἢ οὓς ἂν αὐτοὶ βούλωνται καὶ κρίνωσι, δογματίζουσιν ἐν Θεοῖς εἶναι.*

Ibid. HARDUIN. Non mortuis solum Caesaribus hic honos

delatus, sed vivis etiam, nec dum Divis. Dei enim appellatio vivis concedebatur: Divi nomen post mortem solum iam con-
493 secratis perpetua quadam observatione tributum constat ex Numismatibus, ceterisque Romanis id genus monumentis. Extant non pauci Asiaticarum praesertim civitatum et coloniarum nummi cum ΘΕΟΥ et Dei appellatione in honorem Augusti aliorumque percussi. Et viventem adhuc Augustum Diis fuisse adnumeratum autor est Appian. lib. V. Bell. Civil. Id vero luculente confirmat nummus Amphipolitarum Macedonum, e Cimelio Collegii nostri Parisiensis cum epigraphe: ΘΕΟΣ ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ. ΑΜΦΙΠΟΛΙΤ. Hanc tamen sive Dei sive Domini appellationem sibi praesenti attribui non est passus, ut Philo de eodem refert. At non tanta fuit successorum moderatio. De Caio, Philo et Iosephus legendi: de Domitiano, Dio Chrysost. orat. XLV. Dei etiam nomen et affectasse et gestasse Carum Augustum, autor est Calpurnius, et liquet ex inscriptione Nummi, DEO ET DOMINO CARO AUG. Pluribus supersedemus, ne longiores simus.

Ibid. B. 6. *Οὐδεὶς γὰρ ἐν ταῖς.* Petav. Praeclare hoc argumentum tractat Synesius orat. de Regno.

Ibid. C. 2. *Τοὺς σοὺς πολίτας.* Petav. De Traiano constat ex Hispania oriundum, et Urbe Italica. Xiphilinus in Traiano; Sex. Aurelius Vict. L. de Caesar. Qui in Epitome, ex urbe Tudertina oriundum facit. Marcus vero Antoninus Philosophus Romae natus est, auctore Capitolino. Verum quod proavus eius paternus Annius Verus Praetorius ex Succubitano Municipio in Hispania ortum acceperit, *πολίτην* forsitan, hoc est, Popularem illum Theodosii facit. Quem vero alium Antoninum intelligat, non video. Nam qui ante Marcum imperavit Antoninus Pius, Hispanus non fuit. Quare latere hoc in loco mendum equidem facile mihi persuadeo*): ac perperam repetitam hanc vocem *οὐδέ*. Ut ita legendum sit *οὐδὲ Μάρκον Αντωνῖνον*. Potest et *Ἀδριανὸν* loco *Μάρκον* scripsisse Themistius. Nam et Hispanus ille, auctore Aurelio Victore, et Italicae stirpis, hoc est, Italica ex Urbe. Quinetiam Latinus Pacatus, Paneg. ad Theodosium, cum Hispaniam laudat: *Haec Iudicum*, ait, *Mater, haec Principum est: Haec Traianum illum, haec deinceps Hadrianum misit Imperio: Huic te debet Imperium.*

Ibid. C. 6. *Υπολαμβάνω τοῦ Σκυθικοῦ.* Petav. De insigni illa victoria accipit: quam de Gotthis retulit, antequam imperium esset adeptus, cum a Gratiano missus levi admodum

[*) Sed vide A. Maii annotationem supra p. 450.]

conflicto Barbaros egit in fugam. Theodoretus lib. V. c. V. Niceph. et alii.

Ibid. HARDUIN. Non sunt haec referenda ad eam victoriam quam de Gothis Theodosius reportavit ante susceptum imperium. Nam cum aperte Themistius asseveret trophaeum hoc de ipsis ab Imperatore solo sine militum ope erectum, nullo armorum praesidio esse constitutum: et oratione superiore, solo consilio prudentiaque Imperatoris flammam illam Scythici odii concidisse testetur: accipienda illa sunt de pactione cum iisdem inita, anno CCCLXXXII. de qua nos egimus ad orat. XVI.

Ibid. C. 10. *Ἀλλὰ Δαρείου.* PETAV. De his consule Plut. in Alex. Curtium, et Arrianum.

Ibid. D. *Πρὸς τὴν ἑταιρίαν.* PETAV. Postulat historia 494
ut *ἑταίραν* legamus.

Ibid. D. penult. *Τῷ καθευδήσαντι δυστυχῶς.* PETAV. Infeliciter et hic librarius dormitavit: cum *καθευδήσαντι* pro *κατακούσαντι* scripsit, ut ex sequentibus colliges. Vult enim tantam fuisse Imper. clementiam, ut eum qui sceleris artifex et machinator fuerat, perinde absolverit, atque eum, qui inaudisset quidem aliquid, minime tamen consensisset. Contra quam superiores Principes facere solerent. Qui Maiestatis crimen non in eos tantum vindicabant, qui conscii ac participes essent: sed eos insuper, qui vel auditione tenus implicati forent. Vides, opinor, quam non haec ad Antiochenam illam tumultuationem spectent.

Ibid. HARDUIN. Quanquam emendatio Petaviana laude non caret, retineri tamen posse vetus lectio videtur. Indignum facinus Themistius esse ait, in eos nullo discrimine animadverti, qui vel rerum novarum studiosi, et turbarum in Repub. architecti fuerint, vel cum iisdem aut necessitudinis affinitatisve vinculo, aut denique consuetudine fuerint implicati, etsi flagitiosorum huiusmodi consiliorum ignari, res omnes suas in tuto esse positas putarent, et securi dormirent. Itaque *τὸν μεριμνήσαντα, τῷ καθευδήσαντι* opponit, et quidem, uti videtur, satis acute.

P. 230. A. 4. *Καὶ πάλαι μὲν οὐ διεκέκριτο ἀδίκημα δυστυχήματος.* HARDUIN. Zosim. de Valente, lib. IV. *ἐπεξῆει πικρῶς ἅπασι, διερευνώμενος οὐ τοὺς συμπράξαντας τῇ τυραννίδι μόνον, ἀλλὰ καὶ τοὺς τῆς βουλῆς κοινωνήσαντας, ἢ ὅλως ἀκούσαντάς τι*, etc. Habuit tamen aequiores rerum suarum scriptores Libanium et Themistium, nisi ea forte quae supra ex iis delibavimus, adulatio expressit.

Ibid. B. 5. *Κόλασιν δὲ καὶ ῥήμασι.* PETAV. Forte *καὶ ἐγκλήμασι*, hoc sensu. Auditum a crimine separasti: Ac ne

crimen quidem ipsum punire voluisti. Quod si ῥήμασι retineatur, συγχωρεῖν pro ἐπιτρέπειν accipiendum est, ut verbis tenus castigasse dicatur. Totus porro hic locus apud Baron. nescio cuius ex interpretatione parum emendatus legitur.

Ibid. HARDUIN. *Τὴν ἀκοὴν* opponit *τοῖς ῥήμασι*. Non eos modo qui aliquid tantum inaudierint, prorsus immunes ab omni criminatione voluit esse: sed iis etiam qui praeterea male locuti sunt, etsi culpa certe non carerent, veniam concessit: ut hinc apparent laesae maiestatis crimen, quo de hic agitur, non ad sortes tantum, sed ad sparsos etiam postea de Principe rumores pertinuisse. Atque huc fortean spectat lex Theodosii in Cod. IX. quae vetat inquiri in eos qui male locuti de Principe fuerint.

Ibid. C. 2. *Ἐπὶ τῆς βραδυτῆτος*. HARDUIN. Forte, *ταχυτῆτος*.

Ibid. C. ult. *Τὴν τῷ Ἡφαίστῳ τελουμένην*. PETAV. Respexit ad Herodoti locum, qui est in Urania: ubi Persarum Angariam, et Cursorum successionem, quo nihil celerius fuit, cum ea facium gestatione comparat. *Ὁ μὲν δὴ πρῶτος ὁρα-*
495 *μὼν παραδιδοῖ τὰ ἐντεταλμένα τῷ δευτέρῳ· ὁ δὲ δεύτερος τῷ τρίτῳ, τὸ δὲ ἐντεῦθεν ἤδη κατ' ἄλλον διεξέρχεται παραδιδόμενον, καθάπερ Ἕλλησι ἡ λαμπαδηφορίη, τὴν τῷ Ἡφαίστῳ ἐπιτελέουσι.* Porro *τῶν λαμπαδιστῶν ἀγώνων* meminit Schol. Arist. in Ranis. Cuiusmodi tres fuisse commemorat, *Ἀθηνᾶς, Ἡφαίστου, Προμηθέως*. Vide Pausan. in Atticis.

Ibid. D. ult. *Ἀλλ' ὁ μὲν Ζεύς*. PETAV. Iliad. *π'*. Utitur et hoc eodem loco ad Iovis arguendam imbecillitatem Iustinus Paraen. ad Gentes, quod ita loquentem eum induxerit Poëta.

Ὤμοι ἐγὼν ὅτε μοι. Σαρπηδόνα φίλτατον ἀνδρῶν
Μοῖρ' ὑπὸ Πατρόκλοιο Μενοιτιάδαο δαμῆναι.

Sic et Minutius Felix in Octavio.

P. 231. A. 4. *Παρακληθείς*. HARDUIN. Forte, *παραπεισθείς*.

Ibid. A. 9. *Παιδὸς τοῦ ἀγαπητοῦ, ἀμφιθαλοῦς*. HARDUIN. Superstitem tum fuisse Flaccillam Arcadii et Honorii matrem ista significant: imo ne natum quidem adhuc Honorium, si vox illa *ἀγαπητοῦ*, non pro carissimo, sed pro filio unigena accipienda foret. Verum priorem ei voci potius sensum ac vim hoc loco adiudico, et hanc orationem in annum CCCLXXXV. reiiciendam puto.

Ibid. B. 3. *Τὰ ἐγκλήματα πρότερα*. PETAV. Quid si *κουφότερα* in locum *πρότερα* substituamus? HARDUIN. *Πρότερα*, vox corrupta, cuius loco substituimus, *πρωότερα*.

Ibid. B. ult. *Γέμουσαν παθοῦς*. HARDUIN. Malim, *γηθοῦς*.

Ibid. C. 3. *Παρ' Ομήρῳ.* Odyss. *π'.* v. 172.

Ibid. C. 11. *Ἡ τὴν τοῦ Ερμοῦ.* Odyss. *ε'.* v. 47.

Ibid. D. 6. *Οἱ σοὶ πρόγονοι.* HARDUIN. Ad Traianum respicit, de quo Plin. in Panegyr. *Quanto nunc tutior, quanto securior eadem domus, postquam eius non crudelitatis, sed amoris excubiis, non solitudine et claustris, sed civium celebritate defenditur: Ecquid ergo? Discimus experimento fidissimam esse custodiam Principis innocentiam? etc.*

P. 232. A. 2. *Αὐτίκα τοῖς μέν.* PETAV. Plura ad eam mentem praeclare disputat Livia Augusti Coniux, apud Dion. lib. LV. Interque caetera, *Καί μοι γὰρ δοκεῖ*, ait, *πολλῷ πλείω φιλανθρωπίᾳ, ἤ τινι ὠμότητι κατορθοῦσθαι. τοὺς μὲν γὰρ συγγνώμονας οὐ μόνον οἱ ἐλεηθέντες ὑπ' αὐτῶν φιλοῦσιν, ὥστε καὶ ἀμείβεσθαι σφᾶς σπουδάζειν, ἀλλὰ καὶ οἱ ἄλλοι πάντες καὶ αἰδοῦνται, καὶ σέβουσιν, ὥστε μὴ εὐτολμεῖν αὐτοὺς ἀδικεῖν. τοὺς δὲ ἀπαραιτήτοις ὀργαῖς χρωμένους οὐκ ἐκεῖνοι οἵ τι φοβούμενοι μισοῦσιν, ἀλλὰ καὶ οἱ λοιποὶ πάντες δυσχεραίνουσιν*, etc. Addatur huic et Seneca, I. de element. *Regibus certior est ex mansuetudine securitas. Quis frequens vindicta paucorum odium reprimit, omnium irritat. Voluntas oportet ante saeviendi, quam causa deficiat. Alioquin quemadmodum praecisae arbores plurimis ramis repullulant, et multa satorum genera, ut densiora surgant, reciduntur; ita regia crudelitas auget inimicorum numerum, tollendo, etc.* Sallustius de Rep. Ordin. *Equidem ego cuncta imperia crudelia magis acerba quam diuturna arbitror, neque quemquam a multis metuendum esse, quin ad eum ex multis formido recidat: eam vitam bellum aeternum atque anceps gerere: quoniam neque adversus, neque a tergo, aut lateribus tutus sis, semper in periculo aut metu agites: contra qui benignitate et clementia imperium temperavere, his laeta et candidâ omnia visa, etiam hostes aequiores quam aliis cives.*

Ibid. A. 4. *Οσοι μὴ λίαν ὀλίγωροι.* PETAV. Ad Pertinacem praecipue spectat, ut ex Herodiano intelliges lib. II. 496

Ibid. A. 9. *Γελοῖος γὰρ διδάσκαλος.* PETAV. Ad Thrasybulum Mileti Tyrannum alludit, quem Periander Corinthi aeque Tyrannus cum per legatum consuluisset quemadmodum imperare tuto posset, ille nuncium extra civitatem educens, et in segetem ingrediens baculo summas spicas decussit. Herod. Terpsich. Cuius factum ideo forsan imitatus est Tarquinius, quod *ἄνωθεν* Corinthius esset, atque illud ipsum a maioribus audire potuisset. De Periandri consilio meminit Aristot. III. Polit. c. IX.

Ibid. HARDUIN. At ibi memoria lapsus Aristoteles, a

Periandro datum consilium refert, quod a Thrasybulo profectum est, si Herodotum audimus et Laërt. in Periandro. Vide nostras in Plinium notas, ad librum XIX. sect. LIII.

Ibid. D. penult. *Χαλεπώτατον.* HARDUIN. Tullius, ad Q. Fratr. epist. I. *Nihil est tam deforme, quam ad summum imperium etiam acerbitatem naturae adiungere, etc.*

P. 233. A. *Καὶ διὰ τοῦτο Πέρσαι.* PETAV. Sumptum illud ex Herodot. Thalia. Steph. vide Dionem, orat. IV. de Reg.

Ibid. C. 2. *Πλὴν δυοῖν.* PETAV. An Iulium, et Augustum Caesares? Quorum illius nota satis ac perspecta facilitas. Huius insignis erga Cornelium Cinnam clementia ab Seneca, et Dione locis proxime citatis narratur. Quid si Constantinum Imperatorem cum illorum altero iungamus? Qui, ut Flavianus in causa Antiochensium apud Theodosium commemorasse fertur, a Chrysost. Orat. de Statuis, cum renunciatum esset, a quibusdam Statuam suam per summam ignominiam luto, ac lapidibus appetitam, manu faciem palpans, et renidens: Ego vero, ait, nullum in facie vulnus habeo. Potest et unus ex ambobus illis esse Marcus Philosophus, de quo Oratione VII. Caeterum hoc loco pro *ἕτερον, ἕτερος,* et pro *ἔκτμια, ἔγκλημα* forsitan est reponendum.

Ibid. HARDUIN. Quae hic Petavius de Constantino narrat, revocant mihi in memoriam id quod aliquando sum suspicatus: Librariorum nempe vitio in textum illum Chrysostomi hom. XX. ad pop. Antioch. mendum irrepsisse, ac pro *Κωνσταντῖνος*, reponendum esse *Κωνστάντιος*: cuius est proprium illud factum, quod vulgo tribuitur patri. Cum enim apud scripterem neminem alterum Constantinianae huius mansuetudinis exstet ulla mentio: contra vero cum perhonorifica sit in eo genere de Constantio eius filio, apud Libanium, qui simile de eo, vel potius plane idem ipsum clementiae specimen refert, orat. I. ad Theodosium Imperatorem: quem ille quidem, ut fecerat antea Flavianus reddere studebat Antiochenis aequiorem, proposito exemplo a Constantii statuis petito, in Edessenorum civitate disiectis caesisque ignominiose: haec, inquam, cum ita se habeant, facile adducor ut credam, unum et idem a gemino illo oratore factum celebratum esse et exaggeratum.

PETAV. Eugenii parentis sui Epitaphium continet haec oratio, quem Philosophiae professorem fuisse indicat, et ab sapientiae ac virtutis studio commendat. HARDUIN. Ad hunc ipsum Eugenium scripta videtur ea epistola Iuliani, quae inter eius opera exstat a Petavio edita.

P. 234. A. 2. *Ἀνάγκη οὖν.* PETAV. Eundem Homeri locum imitatus est Heliodorus X. Aethiop. *Ὁ δὲ Ὑδάσπης ἥλέει μὲν γυναῖκα ὀδυρομένην ὁρῶν, καὶ εἰς συμπάθειαν ἐκάμπτετο τὴν διάνοιαν, τὸ ὄμμα δὲ οἱονεὶ κέρας ἢ σίδηρον εἰς τὰ ὁρώμενα τείνας, εἱστήκει πρὸς τὰς ὠδίνας τῶν δακρύων ἀντεχόμενος.*

Ibid. B. 8. *Τὴν ξυνωρίδα τῶν ἀθανάτων.* PETAV. De figmento Platonis sunt quae sequuntur ex Phaedro: de quo Synesius Encom. Calvitii.

Ibid. D. 3. *Καὶ ἐνθάδε.* PETAV. Forte, *ᾧ καὶ ἐνθάδε.*

P. 235. A. 2. *Βάκις.* De Bacide et Amphilyto diximus ad orat. III. pag. 387.

Ibid. A. 7. *Συγγνωματεύων τοὺς ἐπαξίους.* PETAV. Crediderim tres in unam voces coaluisse. Sic igitur distinguo, *σὺ δὲ γνωματεύων.*

Ibid. B. 3. *Καὶ τοὺς χιτῶνας περιστελλας.* PETAV. Tales ii sunt quos *vestitores Divinorum simulacrorum* vocat Firmicus lib. III. c. XI. *Prophetas, aut vestitores Divinorum simulacrorum faciet, aut Divinarum baiulos ceremoniarum.*

Ibid. C. 8. *Τὰ μὲν γὰρ Πλάτωνος:* HARDUIN. De Platonicae et Aristotelicae Philosophiae affinitate Cicero lib. I. Acad. quaest. n. 17.

Ibid. D. 3. *Τειχίσαι τε Ἀριστοτέλει.* PETAV. Deest *φέτο δεῖν*, aut simile quiddam. Clem. Alex. I. Strom. *Ἐπεὶ καὶ σὺ τῷ θριγκῷ ὑπεροχυρώσας αὐτὴν διὰ φιλοσοφίας, καὶ πολιτείας ὀρθῆς ἀνεπίβατον τοῖς σοφισταῖς τηρήσαις.*

Ibid. D. ult. *Παρόντας ἀμύνειν.* PETAV. Otiosae sunt hae voces, quas idcirco parenthesi clausimus.

P. 236. A. 4. *Ἐπίκουρον.* HARDUIN. De eo Cic. lib. I. de Finib. 17. *Primum totus est alienus*, id est, pauca de se habet, ab aliis omnia mutuatur, praesertim a Democrito: et lib. I. Acad. quaest. 6. *Iam vero*, inquit, *si Epicurum, id est, si Democritum probarem.*

Ibid. B. 6. *Προπάτορα.* HARDUIN. Homerum auctorem facit ac principem Aristotelicae ac Platonicae disciplinae. Ve-

rum quod ad Platonem attinet, haud ita censuit Numenius, qui omnia Platonem hausisse ex Moyse confirmat; *Τί γάρ ἐστι Πλάτων*, inquit, *ἢ Μωϋσῆς ἀττικίζων;* Aliter etiam Laërtius sensit, qui Platonem ex diversorum sectis suam confiasse asseverat. Nam *τὰ αἰσθητὰ*, inquit, *καθ' Ἡράκλειτον· τὰ δὲ νοητὰ, κατὰ Πυθαγόραν· τὰ δὲ πολιτικὰ κατὰ Δημοκρίτειον ἐφιλοσόφει.*

Ibid. B. ult. *Ω πόποι.* HARDUIN. Odyss. *κ'*. v. 38.

Ibid. C. 9. *Ἐπιτήδειος ἀκροατής.* PETAV. Scribe *ἀκροατῆ*.

P. 237. A. ult. *Εἰς τὰς ἀποικίας.* PETAV. Induxerim
498 libens particulam *εἰς*, quae sententiam perturbat. Ceterum *μητροπόλεις* eleganti translatione stirpes eas vocat e quibus propagatae sunt aliae: quas Latini Matrices nominant. Suet. Augusto. *Ex ea arbore continuo nata soboles, adeo paucis diebus adolevit, ut non aequipararet modo matricem, verumetiam obtegeret.* Hinc matrices gallinae Colum. L. VIII. c. II. Sic apud Corippum L. II. Matris nomen accipiendum.

Arboris ut matris quae de radice propago
Nascitur.

Nec ad arborum, ut ita dicam, sexus referre necesse est, ut Scholiastes credidit.

Ibid. B. 5. *Οὗτος ὁ ἀγρός.* PETAV. Totum hoc membrum abesse non modo nullo orationis incommodo potest, sed vel plurimum sententiam perturbat.

Ibid. C. 6. *Τυφλὴ δὲ ἡ διάνοια.* PETAV. Vera lectio est *στρεβλή*, cujus oppositum est *ἥμερος*.

Ibid. D. 8. *Τούτους δὲ οὐκέτι εἶναι φιλοσόφους.* PETAV. Plut. de Auditione. Gellius L. V. c. I. Sen. epist. CVIII. ubi eleganter inter cetera: *Sic ista discamus, ut quae fuerint verba, sint opera. Nullos autem peius mereri de mortalibus iudico, quam qui Philosophiam velut aliquod artificium venale duxerunt: qui aliter vivunt, quam vivendum esse praecipiunt. Exempla enim sciposos inutilis disciplinae circumferunt, nulli non vitio quod insequuntur obnoxii, etc.*

P. 238. C. ult. *Καὶ ἐν ἀγωνίᾳ.* PETAV. Vera lectio est *γωνίᾳ*. In Palaestra Peristylia erant: in quorum duplici, id est, latiore portion Ephebeum erat, ubi puberes exercebantur: ibidemque et Lacunicum, et calida lavatio. De quibus adi Vitruv. lib. V. c. II.

P. 239. A. ult. *Ἀποκτενῶν τε, καὶ ἐξελαύνειν.* PETAV. Forte, *ἀπελάσειν*.

Ibid. B. 5. *Διὰ τοῦτο οὐδὲ Δίωνα.* PETAV. De Leone Laërtius in Socratis vita. De Ducibus autem istis, et constantia Socratis Xenoph. I. *Ἑλλην.*

Ibid. C. 3. *Ὁπόσα μὲν ἀγαθὰ ἐκεῖ.* PETAV. Deest vox ἀρετήν.

Ibid. C. 5. *Τοιγαροῦν οὐκ εἰς μακράν.* PETAV. Diog. Laërt. in vita Socratis; ubi et Anytum Heracleae ab oppidanis morte affectum, et ab Atheniensibus Melitum scribit, quem lapidibus aeque obrutum memorat Suidas. At Plut. Opusc. de invid. et odio, Socratis calumniatores ita exosos Atheniensibus fuisse refert, *ὡς μήτε πῦρ αὔειν, μήτε ἀποκρίνασθαι πυνθανομένοις, μὴ λουομένοις κοινωνεῖν ὕδατος, ἀλλ' ἀναγκάζειν ἐκχεῖν ἐκεῖνο τοὺς παραχύτας, ὡς μεμιασμένον, ἕως ἀπήγξαντο μὴ φέροντες τὸ μῖσος.*

Ibid. C. ult. *Ἄνευ τοῦ αὐτόθι σῆμα.* PETAV. Leg. *Ἀνύτου.*

Ibid. D. 2. *Καὶ ταῦτα πάντα ὑπομένειν.* PETAV. Addendum aliquid ad sententiam complendam.

P. 240. A. 3. *Τυράννων τε ὠμότητα.* PETAV. Forte, *ὠμοτάτων.*

Ibid. C. *Καὶ τῷ χειμῶνι τῆς ἄτης.* PETAV. In Henr. Steph. Editione est *χειμῶνι*, quod Librarius idcirco scripserat, quod proxime *κλύδωνι* praecederet. Sed *λειμῶνι* substituendum. HARDUIN. Ates pratum Empedoclis figmentum est, cuius iam ante facta a Themistio mentio, orat. XIII. p. 178. 499

AD ORATIONEM XXI. NOTAE.

PETAV. *ΒΑΣΑΝΙΣΤΗΣ* Oratio haec inscribitur; quod in ea ex Platonis praeceptis certa indicia ac notae traduntur, quibus verus ac germanus Philosophus ab Sophista atque ementito Philosopho discernatur. Sane quidem ab eiusmodi suae tempestatis *δοκησισόφοις*, et *λωβηταῖς τέχνης* exagitatus Themistius, vicissimque lacessisse propterea videtur, quod exquisitam ac singularem quandam Philosophiae peritiam cum summa eloquentiae facultate, atque orationis nitore coniungeret: ut ex Oratione XXIII. potissimum cognoscitur, in qua iustissimi doloris aculeos in eorum hominum importunitatem emittit.

P. 243. A. 8. *Χθές τε ἀγείροντα ἑωρᾶσθαι.* PETAV. Signanter ea voce usus est. Hinc nimirum *ἀγείρουσαι* simpliciter pro circulatricibus dicuntur ab Heliod. Plutar. Agide, et Cleom. *καὶ τύμπανον ἔχων ἐν τοῖς βασιλείοις ἀγείρειν.* Incertus author apud Suid. *ὁ γὰρ τρόπος ἱερὸς ἦν, καὶ οὐδὲν*

ἐοικὼς τοῖς ἀγείρουσιν. *Ἀγείρειν* porro hic eumem Sophistarum ambitum exprimit, quo ad Acroamata sua per aedes circumeuntes invitabant. Vide Synes. Dione. Eustathius ad Odyss. β'. λέγεται δὲ κατὰ Αἴλιον Διονύσιον Ἀλικαρνασσέα ἀγείρειν καὶ τὸ περιέλθειν καὶ περινοστεῖν ἐπὶ νίκῃ, ἢ ἑτέρῳ τινὶ φησὶ τοιούτῳ. Hinc Dionys. Halic. lib. II. θεοφορήσεις, κορυβαντιασμοὺς καὶ ἀγερμοὺς vocat fanatica illa sacra, quae in honorem Magnae matris potissimum celebrari solebant. Qui locus obiter illustrandus erit. Ita enim scribit, καὶ περιάγουσιν ἀνὰ τὴν πόλιν οὗτοι μητραγυρτοῦντες ὥσπερ αὐτοῖς ἔθος, τύπους τε περικείμενοι τοῖς στήθεσι. Interpres haec postrema ita vertit, *et pectora plangentes.* Atqui τύποι simulacra quaedam atque effigies sunt, quas pectori appensas circumferanci isti gerebant. Lampr. Heliog. *Matris typum* appellat simulacrum magnae Matris. Cicero lib. VI. Ep. ad Att. Ep. I. *Praeterea typos tibi mando quos in tectorio atriolo possim includere, et putealia sigillata duo.*

Ibid. B. 2. Εἰς ἐκβοήσεις τε καὶ κρότους. Petav. Ambo haec favoris adulationisque genera complexus est Orat. Quinquen. καὶ κροτεῖτε τῶν ὡς ἔοικεν ἀπ' ἄκρων τῶν χειρῶν, καὶ ἐκβοᾶτε ἀπ' ἄκρας τῆς γλώττης. Gloss. vetus *Favor*, ἡ συγκρότησις. Quod tam ad manuum plausus referri potest, quam ad decuriationes, sodalitia, caeterasque ambitionis artes. Certos porro homines ad plausum dandum non modo a Sophistis, sed et histrionibus, conductos notissima res est. Plaut. Amphitr.

Hoc quoque etiam mihi in mandatis dedit
Ut conquisitores fierent histrionibus
Qui sibi mandassent, delegati ut plauderent.

Eiusmodi fautores ac στασιώτας in Ecclesia sacraque concione nefarius ille Paulus Samosatenus adhibuit, ut ex Epistola Synodica constat quae est apud Euseb. lib. VII. Hist. c. XXX. ubi inter alia: καὶ τοῖς μὴ ἐπαινοῦσι, μηδὲ ὡς ἐν τοῖς θεάτροις κατασείουσι ταῖς ὀθόναις, μηδὲ ἐκβοῶσί τε καὶ ἀναπηδῶσι κατὰ τὰ αὐτὰ τοῖς ἀμφ' αὐτὸν στασιώταις ἀνδράσι τε καὶ γυναίοις ἀκόσμως οὕτως ἀκροωμένοις. τοῖς δ' οὖν ὡς ἐν οἴκῳ θεοῦ σεμνοπρεπῶς καὶ εὐτάκτως ἀκούουσιν ἐπιτιμῶν καὶ ἐνυβρίζων. Ad eundem τοῦ κατασείειν morem pertinet quod Eunapius in Iuliano prodit de Prohaeresio Sophista loquens: Ἐνταῦθα ἀνά τε ἐπήδησεν ὁ Ἀνθύπατος ἀπὸ τοῦ θρόνου, καὶ τὴν περιπόρφυρον ἀνασείων ἐσθῆτα, τήβεννον αὐτὴν Ῥωμαῖοι καλοῦσιν, ὥσπερ μειράκιον ὁ βαρὺς ἐκεῖνος καὶ ἀμείλικτος ἐκράτει τὸν Προαιρέσιον, συνεκρότει δὲ ὁ Ἀψίνης. Plura ad eam Sophistarum ambitionem insolentiamque declarandam observari possent, variis ex scripto-

ribus collecta, nisi hoc mihi argumentum praeripuisset R. P. Ludovicus Cresollius noster, qui de Sophistis, deque omni recitandi applaudendique genere uberrime eruditissimeque disseruit singulari opere Theatri veterum Rhetorum, lib. III. c. XX. Nunc illud unum animadvertimus: quod Eusebius usitatum in Theatris fuisse admonet, ut ὀθόναις, linteis aut fasciis, sive orariis concussis faverent, ex eo lucis aliquid obscurissimo Philostrati loco conciliari posse. Lib. I. c. V. ubi de Tarsensibus loquens τρυφῆς τε γὰρ μᾶλλον, inquit, ἅπτονται σκωπτόλαι τε, καὶ ὑβρισταὶ πάντες καὶ δεδώκασι τῇ ὀθόνῃ μᾶλλον, ἢ τῇ σοφίᾳ Ἀθηναῖοι. Quo in loco aliud egit interpres. Equidem si integra ac sincera omnia sunt, non dubito quin is sensus esse possit: *Orariis, ac Theatralibus, scenicisque ludis et factionibus magis addicti sunt, quam Atheniensis sapientiae.* Quid si Mappam intelligas, qua Praetor signum dabat emittendis quadrigis? Sin est ut depravatum quispiam ὀθόνης vocabulum suspicetur, videndum an pro τῇ ὀθόνῃ legendum sit τῷ μόθωνι. Est enim μόθων, εἶδος ὀρχήσεως, saltationis genus quoddam Athenaeo lib. XIV. Hesychio, et Eustathio. Addit Schol. Arist. ad Plutum εἶδος αἰσχρᾶς καὶ δουλοπρεποῦς ὀρχήσεως. Quod ad Tarsensium mores praecipue convenit, ut ex Dione Chrysost. colligi potest Orat. XXXIII. ubi in eorum luxum invehitur, atque inter caetera, Καὶ τὰ Φοινίκων (inquit) ὑμῖν κρούματα ἀρέσκει, καὶ τὸν ῥυθμὸν τοῦτον ἐξαιρέτως ἠγαπήκατε, etc. Sed et illiberalem quendam stridorem, qui narium strepitu constabat, recens introductum vehementer arguit. Fuit cum pro τῇ ὀθόνῃ rescriberem τῷ κώθωνι ut ebrietas illorum notetur. Est vero cum primis observanda loquendi ratio διδόναι τῇ ὀθόνῃ vel κώθωνι, pro eo quod est, addictum esse. Ita Syn. Dione. Ἀλλὰ καὶ κοττάβοις ἐδεδώκει. Et nos vulgo id exprimimus, cum ita loquimur, *donner dans les sciences.*

P. 244. A. 2. Καθάπερ ὁ Τηλέμαχος. Petav. Dio Chrysost. Orat. XV. ὁ μὲν γὰρ Τηλέμαχος οὐ πάνυ ἠξίου διατείνεσθαι ὑπὲρ Πηνελόπης τῆς Ἰκαρίου, σφόδρα σώφρονος δοκούσης γυναικὸς, ὅτι ἀληθῆ λέγει τὸν Ὀδυσσέα ἀποφαίνουσα αὑτοῦ πατέρα.

Ibid. B. 2. Ἔτι νέαν τε καὶ ἁπλῆν. Petav. Idem Cresollius ἁπαλὴν legit, id quod mihi vehementer placet. Ita Plut. περὶ παί. ἀγω. εὔπλαστον γὰρ καὶ ὑγρὸν ἡ νεότης, καὶ ταῖς τούτων ψυχαῖς ἁπαλαῖς ἔτι τὰ μαθήματα ἐντήκεται.

Harduin. Porphyr. lib. IV. Περὶ ἐμψυχ. ἀπο. ubi de Essenis agit: τοὺς δὲ ἀλλοτρίους παῖδας ἐκλαμβάνοντες 501

ἁπαλοὺς ἔτι ὑφὺς τὰ μαθήματα: συμπεπλεγμένους ἡγοῦνται, καὶ ποῖς ἤθεσιν ἑαυτῶν ἐκτυποῦσιν.

Ibid. B. 8. Τῷ δὲ Ἀριστίππῳ. Petav. Diogen. Laërt. Suidas. Strabo lib. XVII. Ἄνδρες δ' ἐγένοντο γνώριμοι Κυρηναῖοι, Ἀριστιππὸς μὲν ὁ Σωκρατικὸς, ὅστις καὶ τὴν Κυρηναϊκὴν κατεβάλετο φιλοσοφίαν, καὶ θυγάτηρ Ἀρήτη τοὔνομα, ἥπερ διεδέξατο τὴν σχολὴν, καὶ ὁ ταύτῃ πάλιν διαδεξάμενος υἱὸς Ἀριστιππος ὁ κληθεὶς μητροδίδακτος. Clem. Alex. IV. Strom. Ἀρήτη δὲ ἡ Ἀριστίππου Κυρηναϊκὴ τὸν Μητροδίδακτον ἐπικληθέντα ἐπαίδευσεν Ἀρίστιππον.

Ibid. C. 8. Καὶ μοι σκληρὰς ὑπάλλων. Petav. Alludit ad Platonis locum in Theaeteto; ubi in animo cuiusque eorum conceptaculum inesse fingit, quod ut molle ac leve est, vel e contrario durum aut sordidum, ita facile, aut difficile, percipiens item, aut obscure impressam effigiem excipit, exceptaque refert. Platonica vox est ἐκμαγεῖον, cuius propriam notionem ex parte tantum Vocabularia, atque ipsimet interpretes repraesentant. *Effigiem* quippe, vel *simulacrum*, aut *expressam imaginem* vertunt. Atqui non in ea tantum potestate sumitur; sed et illud ipsum significat, quod imaginem excipit, ut sit formarum veluti conceptaculum. Ita apud Platonem, σαφῆ γὰρ καὶ ἐν εὐψυχωρίᾳ ὄντα ταχὺ διανέμουσιν ἐπὶ τὰ αὐτῶν ἕκαστα ἐκμαγεῖα. Trajectione verborum implicata nonnihil est oratio. Sic autem est explicanda. Quorum ὁ κηρὸς βαθύς τε καὶ πολὺς καὶ λεῖος, ii dociles sunt, ac memores, liquidaeque nec confusae habent rerum conceptarum imagines, atque signa: *Haec enim percipiens, et in ampliore collocata spatio, cito per sua quaeque conceptacula distribuit.* Contra οἱ δασέων καὶ τραχὺ, λιθώδές τε, ἢ γῆς ἢ κόπρου ἀμιμησίας ἔμπλεων ἔχοντες ὑσαρῇ τὰ ἐκμαγεῖα ἴσχουσιν. Hic τὰ ἐκμαγεῖα vulgari significatione pro notionibus rerum ipsis ac figuris accipi possunt. Clarissime vero pro *conceptaculo* ipso Synesius in Dione τὸ ἐκμαγεῖον usurpat. Οὕτω μοι τὴν ψυχὴν ὁ θεὸς ἁπαλὸν ἐκμαγεῖον ἐποίησε τῶν ἐν λέξεσί τε καὶ ἤθεσι χαρακτήρων. Oecllus de mundo materiam primam nominat πανδεχὲς καὶ ἐκμαγεῖον αὐτῆς τῆς γενέσεως. Eunapius in Libanio ἔφασκον γοῦν αὐτὸν οἱ πεπειραμένοι πίνακά τινα καὶ ἐκμαγεῖον εἶναι παντοδαπῶν ἠθῶν καὶ πολιτῶν. Hadrianus Iunius vir eruditus *expressum simulacrorum* reddit errore tralatitio. Postremo ad eundem fere modum de memoria impressisque rerum notionibus disserit Aristot. lib. de memoria c. I. quo in Theaeteto magister: ἡ γὰρ γενομένη κίνησις ἐνσημαίνεταί. οἷον τύπον τινὰ ποιοῦ σθαι παθήματος, καθάπερ οἱ σφραγιζόμενοι τοῖς δακτυλίοις. Mox καὶ

διὰ σκληρότητα τοῦ δεχομένου τὸ πάθος οὐκ ἐγγίνεται ὁ τύπος.

Ibid. C. 9. Ὥστε καὶ πάνυ βουλομένοις. PETAV. Assentior Henrico Stephano, αὐτοὺς legenti. Nisi Dativum esse dixeris acquisitivum, quomodo saepe μοι, et ἑαυτοῖς, et Latini, aeque utuntur.

Ibid. D. 3. Μὴ πάνυ μεταδιδόναι. PETAV. Recta oratiotionis series postulabat μεταδίδοτε. Quanquam infinitivum saepe Imperativi loco adhibent.

P. 245. B. 5. Εἰ μὴ συγχωροίην. PETAV. Inducenda, nisi fallor, negandi particula, ut haec sit superioris disputationis conclusio, qua se Philosophum esse neget; alioqui prodigii instar futurum; quemadmodum si puer quispiam longissimam vestem induat. HARDUIN. Particula illa negativa, μὴ, loco mota suo est, et translata in alienam sedem: restituenda paulo inferius, μὴ πάντως τέρας. 502

Ibid. B. 7. Ἐφεῖται γάρ που. PETAV. Quae sequuntur verba usque ad εὐωχίας, ea luxata suo loco ac perperam collocata suspicor. Quare post γινόμενον ita leg. censeo, Οὐκοῦν δεῖ θορυβεῖσθαι, etc. usque ad εὐωχίας. Tum, ἐφεῖται γάρ που, usque ad ἀδείας. Alioqui perplexa atque impedita lectio est. Succurrit et alia coniectura, si ante οὐ πάντως, τέρας legatur: et tunc ὅπερ λέγω erit idem ac quod dicere volo.

P. 246. A. 5. Φαῖδρος ὁ Μυῤῥινούσιος. HARDUIN. De Phaedro Myrrhinusio, Plato in Convivio, et Marsilius Ficinus in Comment. ep. II. Myrrhinus Atticae municipium est, Straboni: Stephano, pars tribus Pandionidis.

Ibid. B. Σωκράτης δ' ἐκεῖνος. PETAV. Plato in Protagora. Idem porro initio Sophistae θεῖον appellat Philosophum πάντας γὰρ ἐγὼ τοὺς φιλοσόφους τοιούτους προσαγορεύω, ait ille.

Ibid. D. 8. Μέλλων ἐπιχειρεῖν τῇ δεσποίνῃ. PETAV. Ἐπιχειρεῖν hoc loco non tam *offerre stuprum* significat, quam legitimos affectare nuptias, uti ex Platonis, unde ista derivata sunt, loco, qui est VI. de Rep. liquet.

P. 247. B. Εἰ μέν τις χρυσίον ὑπόχαλκον. PETAV. Xenoph. Oeconom. ἢ εἰ ἐπειρώμην σε ἐξαπατᾶν, λέγων τε ὡς πλείω τῶν ὄντων ἐστί μοι, ἐπιδεικνύς τε ἀργύριον κίβδηλον, καὶ ὅρμους ὑποξύλους, καὶ πορφυρίδας ἐξιτήλους φαίην ἀληθινὰς εἶναι.

Ibid. B. 8. Πολλὰ δὲ ὑακίνθων. PETAV. Rescribo αὖ λίθων *), ut ex superioribus constat. Tria enim mercium

[*) Fallitur: vide Reisk. ad Constant. Porphyr. vol. II. p. 500. ed. Niebuhr.]

genera proposuerat, *χρυσίον, πορφύραν, λίθους*. Adde facilem lapsum Librarii fuisse, ut pro *ων*, *για* scriberet.

Ibid. C. 5. *Η οὐκ ἐπίσταται.* PETAV. Inducendae, nisi fallor, hae tres voculae, quae sententiam conturbant.

Ibid. C. 7. *Σκοτεινὰ καὶ λωβά.* PETAV. Henr. Stephan. scribendum putabat *λοξά*. HARDUIN. Illud, *λωβὰ*, est omnino vitiatum. Potuit forte dicere, *σκοτεινὰ καὶ κολοβὰ ῥήματα*, enunciationes deficientes, *ἐλλειπεῖς*, truncas, et malitiose imminutas, et quod sequi necesse est, ambiguas et obscuras. Potuit et *νωθὰ*, quae vicina satis scriptura est, ut suspicatur Andr. Schottus, Observat. lib. V. c. VI. Verum maxime probo, cum Cresollio nostro, lib. II. Theatri Rhet. c. V. id quod Henr. Stephano visum est, nec Petavio ipsi displicuit, *λοξὰ, obliqua, torta, flexuosa*, quales vulgo fuere sophisticae argumentationes. De Plotino Eunapius, *τῷ λοξῷ καὶ αἰνιγματώδει τῶν λόγων βαρὺς ἐδόκει καὶ δυσήκοος*. Sic apud Hieron. Praef. in Iob, *Obliqui apud Hebraeos totus liber fertur, et lubricus*; ubi *obliquus* nihil est aliud quam *λοξός*. Lycophron. *λοξὰ ἔπη*, Cassandrae vaticinium nominat.

Ibid. D. antepenult. *Τὴν ἀχλὺν ἀποσκεδάσαι.* PETAV. Videt satis qui Homerum calcavit, allusum esse ad Iliad. *ε'*. ubi Pallas Tydidem suum adversus Troianos instigans, sic compellat:

503 *Ἀχλὺν δ' αὖ τοι ἀπ' ὀφθαλμῶν ἕλον, ἣ πρὶν ἐπῆεν·*
Ὄφρ' εὖ γινώσκῃ ἠμὲν θεὸν ἠδὲ καὶ ἄνδρα.

P. 248. A. 9. *Πρῶτον μὲν δὴ ἁπάντων.* PETAV. Sumptum id est e V. de Rep. *Δῆλον δὲ ὅτι γάμους τὸ μετὰ τοῦτο ποιήσομεν ἱεροὺς εἰς δύναμιν ὅτι μάλιστα. εἶεν δ' ἂν ἱεροὶ οἱ ὠφελιμώτατοι.* Tum eadem qua noster hic usus est inductione, *ἐκ τῶν ἀρίστων* gigni oportere colligit Resp. suae custodes.

Ibid. C. 4. *Ἀλωπεκίς πόθεν, ἢ Μελιταία.* PETAV. Hesych. *ἀλωπεκίδες εἶδος κυνῶν.* Xenoph. de Venat. *τὰ δὲ γένη τῶν κυνῶν ἐστὶ διττά· αἱ μὲν Καστόριαι, αἱ δὲ ἀλωπεκίδες. ἔχουσι δὲ αἱ μὲν Καστόριαι τὴν ἐπωνυμίαν ταύτην ὅτι Κάστωρ ἥσθεις τῷ ἔργῳ μάλιστα αὐτὰς διεφύλαξεν. αἱ δὲ ἀλωπεκίδες, διότι ἐκ κυνῶν τε καὶ ἀλωπέκων ἐγένοντο*, etc. De Melitaeo cane iuvat Suidae Scholion hic adscribere. *Τῶν κυνῶν*, ait, *οἱ μὲν ἰχνευτικοὶ, οἱ δὲ ὁμόσε τοῖς θηρίοις χωροῦσιν, οἱ δὲ ἐπὶ φυλακῇ τῶν κτημάτων οἰκουροί· οἱ δὲ ἐπὶ τέρψει ὡς τὰ μελιταῖα κυνίδια, καὶ μελιτηροὶ κύνες οἱ ἐπὶ τέρψει τρεφόμενοι.* Vide et Steph. qui a Melita insula, quae inter Epirum et Italiam sita est, appellatos censet, ut et Callimachus apud Plin. lib. IV. At Strabo lib. VI. id ad alteram refert, quae hodie Malta dicitur.

Ibid. D. 2. *Ἄρα οὖν ἐλήρει Θέογνις.* PETAV. Theognidis versus ii sunt, ut etiam Henr. Steph. adnotavit.

Κριοὺς μὲν καὶ ὄνους διζήμεθα, Κύρνε, καὶ ἵππους
Εὐγενέας. καί τις βούλεται ἐξ ἀγαθῶν
Βήσεσθαι· γῆμαι δὲ κακὴν κακοῦ οὐ μελεδαίνει
Ἐσθλὸς ἀνὴρ, ἢν οἱ χρήματα πολλὰ διδῷ.

Sed quod sequitur ξυνέχειν mendosum est. Ego quasi *δύναμιν ἔχειν*, esset, reddidi: *Nec in iis vim habere istud arbitramur.*

P. 249. C. 6. *Αἰσχρὸν δὲ Ἠλείους.* PETAV. Qui ad Olympiaca certamina sua nomina profitebantur, ab Hellanodicis diligenter excutiebantur, ac iusiurandum adigebantur ad aram Iovis *Ορκίου*, sive Fidii. Pausan. *Ἠλια. α'. Ὁ δὲ ἐν τῷ βουλευτηρίῳ, πάντων ὁπόσα ἀγάλματα Διὸς μάλιστα ἐς ἔκπληξιν ἀδίκων ἀνδρῶν πεποίηται. Επίκλησις μὲν Ορκιός ἐστιν αὐτῷ, ἔχει δὲ ἐν ἑκατέρᾳ κεραυνὸν χειρί. παρὰ τούτῳ καθέστηκε τοῖς ἀθληταῖς καὶ πατράσιν αὐτῶν, καὶ ἀδελφοῖς, ἔτι δὲ γυμνασταῖς ἐπὶ κάπρου κατόμνυσθαι τομίων, μηδὲν εἰς τὸν Ολυμπίων ἀγῶνα ἔσεσθαι παρ' αὐτῶν κακούργημα. εἰ δὲ ἄνδρες οἱ Ἀθληταὶ καὶ τόδε ἔτι προσκατόμνυνται, δέκα ἐφεξῆς μηνῶν ἀπηκριβῶσθαι σφίσι τὰ πάντα ἐς ἄσκησιν.* HARDUIN. Chrysost. homil. XLVIII. de inscript. alt. tomo de diversis Novi Test. locis, pag. 656. *Οὐκ ἐπὶ τῆς στρατείας δὲ ταύτης, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῶν Ολυμπιακῶν ἀγώνων τὸ αὐτὸ τοῦτο ἔθος κρατοῦ. μετὰ γὰρ τὰς τριάκοντα ἡμέρας τὰς ἐνταῦθα ἀναγαγόντες αὐτοὺς εἰς τὸ προάστειον περιάγουσι, καὶ τοῦ θεάτρου καθημένου παντὸς βοᾷ ὁ κήρυξ. Μή τις τούτου κατηγορεῖ, ὥστε αὐτὸν ἀποσκευασάμενον τῆς δουλείας τὴν ὑποψίαν, οὕτως εἰς τοὺς ἀγῶνας ἐμβῆναι.*

Ibid. D. 2. *Ἀλλὰ τόν γε Φιλάμμονα.* PETAV. Meminit huius historiae, et alibi. Suidas. *Φιλάμμων πύκτης Ἀθηναῖος· ὃς πάντα τὸν χρόνον ἐνίκα τοὺς ἀντιπάλους.* HARDUIN. Demosth. in orat. pro Corona.

P. 250. *Λακεδαιμονίους δ' ἐγὼ πυνθάνομαι.* PETAV. Tertul. ad Martyres. *Nam quod hodie apud Lacedaemonios solemnitas maxima est διαμαστίγωσις, id est*, flagellatio, *non* 504
latet. In quo sacro ante aram nobiles quoque adolescentes flagellis affliguntur, adstantibus parentibus, et propinquis, et uti perseverent, adhortantibus. Elegans est eadem de re Senecae locus lib. de Divina Provid. *Nunquid tu invisos esse Lacedaemoniis liberos suos credis, quorum experiuntur indolem, publice verberibus admotis? Ipsi illos Patres adhortantur, ut ictus flagellorum fortiter perferant, et laceros ac semianimes rogant, perseverent vulnera praebere vulneribus.*

Ibid. A. 5. *Τόν τε Εὐρυποντίδην.* PETAV. Mendose pro *Εὐρυποντίδην.* Duae apud Lacedaemonios Regales familiae; altera Eurysthenidarum ab Eurysthene, quae et Agidarum ab huius filio nuncupata: altera Eurypontidarum sive Proclidarum. Pausanias Laconicis. Plut. in Lycurgo, et Agide, Eurytionidas ab Eurytione posteriores istos appellat. Sed et in Agesilao *Εὐρυτιωντίδης* levius detorta voce legitur. Vide Aemilium Probum, sive Cornel. Nep. in Agesilao.

Ibid. B. *Τῇ ἀπὸ Κόδρου.* PETAV. Suidas in *Εὐγενέστερος Κόδρου.*

Ibid. B. ult. *Ἡ τοῖς Πελοπίδαις.* HARDUIN. Greg. Naz. orat. I. contra Iulian. *ἐπίσημοι Πελοπίδαι παρὰ τῶν ὤμων καὶ τοῦ ἐλέφαντος.* Dio Chrys. orat. VIII. *Περὶ δὲ τοῦ Πέλοπος ἔλεγον ὅτι καὶ τὸν ὦμον ἐλεφάντινον ἔχει.* Pindar. Od. VII. *ἐλέφαντι φαίδιμον ὦμον κεκασμένον.* Virg. Georg. III.

——— *Humeroque Pelops insignis eburno.*

Ibid. C. 5. *Τοῦτο μὲν δὴ ὁμολογείσθω.* PETAV. Verba sunt Platonis VI. de Rep. sub initium libri: sed depravata hic, maleque habita; nec omnino tamen in ipsius Platonis editione sincera. Quare, ut mutuam sibi operam praestent, integrum hic locum adscribam. *Τοῦτο μὲν δὴ τῶν φιλοσόφων πέρι ὁμολογείσθω ἡμῖν, ὅτι μαθήματός γε ἀεὶ ἐρῶσιν ὅσα ἂν αὐτοῖς δηλοῖ ἐκείνης τῆς οὐσίας τῆς ἀεὶ οὔσης, καὶ μὴ πλανωμένης ὑπὸ γενέσεως, καὶ φθορᾶς.* Ita in editione postrema. Ubi ex Themistio *ἐκείνην τὴν οὐσίαν*, etc. per quartum casum scribendum apparet. Vicissimque indidem foediora in Nostro labes expurganda. Sic enim rescribo. *Φύσεως πέρι ὅτι μαθήματός γε ἀεὶ ἐρῶσιν*, etc. Ac nescio an apud Platonem insuper pro *ὅσα*, itidem ut hoc loco legendum sit *οὗτοι παντὸς*, *ἀλλ' ὃ ἂν ἐκείνην*, etc. nisi *μαθημάτων* ante magis arrideat.

Ibid. C. ult. *Ὥσπερ εἰς Μύκονον μίαν.* PETAV. Proverbii meminit Steph. *Μύκονος δέ ἐστιν, ἐφ' ᾗ μυθεύονται κεῖσθαι τῶν γιγάντων τοὺς ὑγιεινοτάτους ὑφ' Ἡρακλέους καταλυθέντας. ἀφ' ὧν ἡ Παροιμία. Πάντα ὑπὸ μίαν Μύκονον, ἐπὶ τῶν ὑπὸ μίαν γραφὴν ἀγαγόντων τὰ διῃρημένα τῇ φύσει.* Ubi pro *τῶν γιγάντων τοὺς ὑγιεινοτάτους* corr. *δεινοτάτους.* Vide Zenobium.

P. 251. B. 4. *Ὑψηλὸν ἑξαίρειν αὐτὸν.* PETAV. Platonicorum non modo dogmatum, sed et styli ipsius, ac verborum studiosus consectator est Themistius. Id quod hoc loco semel adnotasse sufficiat. Deprehendent ii facile, qui in Platonis lectione hospites non fuerint. Velut haec verba ex lib. VI. de Rep. traducta sunt. Sic enim ille, *καὶ ἐπὶ τούτοις ὑψηλὸν*

ἐξαίρειν αὐτὸν σχήματος κενοῦ, ἄνευ νοῦ, ἐμπεπλάμενον. Ac nescio an hic φρονήματος κενοῦ verius sit.

Ibid. B. ult. *Διοικούμενον μὲν ὡς χορυφαῖον.* PETAV. Malim *διοικοῦμενον.* Et mox *προστετηκότα* cum H. Steph.

Ibid. C. 3. *Μηδ' ἂν ἰδίως ἰδία.* PETAV. Assensuros mihi 505
in huius emendatione loci eruditos omnes confido, qui foedissime hactenus vitio laboravit. Lego enim *μηδ' ἂν Διομήδεια ἀνάγκη προσπέσῃ.* Primum quia *ἰδίως* illud flocci faciendum non est. Tum scripturae ipsius affinitas favet. Postremo facit ad rem, quod eodem in lib. VI. unde noster huc multa transtulit, ita Plato locutus est. *Ἡ Διομήδεια λεγομένη ἀνάγκη ποιεῖν αὐτῷ πάντα ἃ ἂν οὗτοι ἐπαινῶσιν.* Notissimum proverbium est, *Διομήδεια ἀνάγκη.* De quo Zenobius, Suidas et Arist. Schol. *Ἐκκλησι.* in haec verba: *Καὶ ταῦτ' ἀνάγκη μοῦσται. Γρ. Διομήδειά γε.*

Ibid. C. 6. *Μίθαικός τις ὤν.* PETAV. Plato Gorgia: *Θεαρίων ὁ ἀρτοποιὸς, καὶ Μίθαικος ὁ τὴν ὀψοποιΐαν συγγεγραφὼς τὴν Συβαριτικὴν, καὶ Σάραμβος ὁ κάπηλος.* De Mithaeco mentio est apud Maximum Tyrium Dissert. VII. ubi a Spartanis, ad quos sese contulerat, urbe pulsum asserit. Suidas Grammaticum eundem vocat.

Ibid. C. 11. *Ὥσπερ ὁ Αὐτόλυκος.* HARDUIN. Autolycum ait Plato lib. I. de Rep. ex Homerica poësi *κεκάσθαι κλεπτοσύνῃ*, furandi quodam artificio nobilitatum fuisse. Eundem scribit Eustathius a parente Mercurio, *Θεῷ κλεπτιστάτῳ*, edoctum, variis coloribus quae surripuisset induere, ne furta ulla ratione deprehenderentur, quod idem fere habet Hyginus fab. XX. Vult ergo Themistius laverniones Sophistas, variorum auctorum locos memorabiles didicisse, quos deinde asciti-tiis pigmentis et colorum incredibili varietate pictos, et fucata eloquentia bracteatos venditarent: esse proinde Autolycos geminos et germanos. Martialis, lib. VIII. Epigr. LIX.

Nihil est furacius illis:
Non fuit Autolyci tam piceata manus.

Pollianus, Anthol. lib. II.

Μισῶ λεπτοδύτας ἀλλοτρίων ἐπέων.

P. 252. B. 4. *Πότε διεσώσω.* PETAV. Corr. *διώσω.*

Ibid. B. 6. *Φαληρέως.* HARDUIN. Demetrio Phalereo tum familiariter Theophrastum, Laërtius refert, in Theoph. lib. V. pag. 123.

Ibid. B. 10. *Λόγματα.* HARDUIN. Forte legendum, *δείγματα*, ut paulo ante.

P. 253. A. 6. *Παροινίας.* HARDUIN. Quid si legatur, *παρανοίας.*

Ibid. A. 7. *Εἰ δακτύλων ἀκαντήσῃ.* PETAV. B. Iacobus Epist. Canon. c. II. *Ἐὰν γὰρ εἰσέλθῃ εἰς τὴν συναγωγὴν ὑμῶν ἀνὴρ χρυσοδακτύλιος ἐν ἐσθῆτι λαμπρᾷ.* Graeci *Σαλάκωνας* hos vocant, hoc est, *πτωχοὺς ἀλαζόνας.* Hesych. At Aristot. II. Rhet. CXVI. *Σαλάκωνας* appellat vere divites, qui ostentandarum opum immoderato studio feruntur.

HARDUIN. Iuvat et ex Plinio nostro hic conferre symbolam. *Anuli*, inquit ille, *distinxere alterum ordinem a plebe, etc.* lib. XXXIII. sect. VII. Quo et illud recidit, e lib. IX. sect. LVI. *Lictorem feminae in publico unionem esse.* Vide quae ibi diximus.

Ibid. B. 10. *Κρίνεται ἐπὶ σοφίας.* PETAV. Vide an ὑπὸ legendum sit.

Ibid. C. 2. *Συσκευασάμενος.* HARDUIN. Malim *συσκευασαμένη*, quod et editor Cossartius asterisco ibi addito haud obscure monet.

506 Ibid. C. 5. *Τὸν ἄτοπον πευθῆνα.* PETAV. Hes. *πευθῆνες, πιστοὶ, περίεργοι.* Phavorinus *πευθῆνα* Latine dici mandatorem scribit, *οἱ γὰρ Μανδάτωρες ποιοῦσι τὰ μηνύματα ἔν τε τοῖς δικαστηρίοις καὶ τοῖς ἐν αὐτοῖς δικαζομένοις.* Cyrillus in Lexico apud Nicolaum Rigaltium in Glossario *Μιξοβαρ. Ἡμεροδρόμοι οἱ ταῖς βασικαῖς διατάξεσι ταχύτατα διακονούμενοι Μανδάτωρες.* Utrique mandatores *πευθῆνες ἀπὸ τῆς πεύσεως*, quae est *ἐρώτησις* vel *ἀπόκρισις* (ait Phavor.) dici possunt. Ego ab audiendo interrogandove malim. Quod vero apud Hesych. *περίεργοι πευθῆνες* appellantur, videndum an curiosos ita nominet, hoc est, *φροντιστὰς τοῦ δρόμου.* Qui ex Schola Agentium in rebus a Magistro Officiorum circummissi, diligenter inquirebant in eos qui circa cursum publicum aliquid admisissent, ac iudicibus nunciabant. Cod. XII. tit. XXII. leg. 1.

Ibid. *Παμπάλαιά τε καὶ αἰνιγματώδη.* HARDUIN. Haec omnia desumpta sunt ex Theaeteto Platonis. Citat illa Theodoretus orat. II. contra Graecos.

Ibid. D. 2. *Ἀλλ' εὖ μάλα ἀνακυκλήσας.* PETAV. Imperiti quidam Sophistae ut Philosophi esse viderentur, Atticas eiusmodi voculas affectabant, ad Platonis imitationem. Synesius Ep. 154. *Ἐὰν οἶσθά τινας ἐν λογιστηρίοις ἀποδύντας, ἢ πάντως ἀπὸ μιᾶς γέ τε συμφορᾶς ἀναπεισθέντας ἐν μεσημβρίᾳ τοῦ βίου φιλοσοφεῖν, ἀπὸ μόνου τοῦ τοὺς θεοὺς ἀπομόσαι Πλατωνικῶς.* Qualis et ille apud Lucianum est ineptus Atticistes in Lexiphane.

Ibid. HARDUIN. Harum vocularum quas affectabant Sophistae, texit indiculum, et festive ludit Ammianus Poëta in Anthol. lib. II. c. LI.

Ὦ γαθέ, καὶ μῶν οὖν, καὶ ποῖ δὴ, καὶ πόθεν, ὦ τᾶν,
Καὶ θαμὰ, καὶ φέρε δὴ, καὶ κομιδῇ, καὶ ἴθι,
Καὶ στόλιον, μάλιον, πωγώνιον, ὦμιον ἔξω,
Ἐκ τούτων ἢ νῦν εὐδοκιμεῖ σοφία.

Quae Grotius ita reddidit, in opere adhuc inedito:

Constat, enimvero, quorsum, nihilominus, horsum,
Autumor, interea, vir bone, quid sequitur?
Barbula, et axillae, nudantia brachiolumque
Palliola: haec faciunt nunc sapientis opus.

P. 254. A. ult. *Ἐπὶ ταῖς κεφαλαῖς περιφέρομεν.* HARDUIN. Proverbium est, de homine importuno et molesto. Sic itaque reddendum Latine fuit: *Et ab ipso* (scilicet viro sapiente) *prae aemulatione atque invidia contemni nos et despici credimus: atque ob eam opinionem is nobis adeo molestus est, ut cervicibus nostris veluti quoddam onus incumbere videatur.*

Ibid. B. 8. *Ἐπισχήψει γὰρ ἡ κοινωνική.* PETAV. Ut ei religioni insisterem, quam mihi in hac Critica ratione semel imposui, nihilque sine Veterum auctoritate mutarem, malui vel corruptam hic sententiam prorsus ut in Henr. Steph. editione est relinquere. Ita tamen emendandum esse scias ex Plat. VI. de Rep. *Ἐπισχέψῃ γὰρ εἰ κοινωνική τε καὶ ἡμερος πρὸς τοὺς παιδείας ἐπιθυμοῦντας, ἢ δυσκοινώνητός τε καὶ ἀγρία.* Quod ad illa verba attinet *χαλκέας, καὶ τέκτονας*, post *βούλει* reiicio hoc modo. *Εἰ δὲ βούλει χαλκέας καὶ τέκτονας, ποιητάς τε*, etc. Aut certe *τοὺς μὲν οὖν χαλκέας* 507 *καὶ τέκτονας, εἰ δὲ βούλει.* Quanquam ut hic concepta lectio est, suo quoque sensu non careat, quem in prieri editione secutus fueram.

Ibid. C. *Ἐπιφθόνως λέγειν.* PETAV. Malo *ἔχειν.*

Ibid. C. 6. *Πρὸς τοὺς εὖ φερομένους τὸ πλέον.* PETAV. Expunge particulam *εὖ.* HARDUIN. Lege, *ἐκφερομένους.*

P. 255. B. *Ἀρίστων Κλεάνθην.* PETAV. De Cleanthe et Aristone Laërtius in eorum vita. Fuit et alter Aristo Peripateticus, de quo subinde, mentionemque fecit Laërt. in Aristone.

Ibid. B. ult. *Ἐκ προσδρείας.* PETAV. Forte *προσεδρείας.* Post *ἐκινίζετο* deest *ὁρῶν.*

Ibid. C. 4. *Ταύτῃ τοι καὶ αἱ Μοῦσαι.* PETAV. Syn. in Dione. Ubi ideo *Μούσας* dictas ait, quasi *ὁμοῦ οὔσας.* Noti Phocylidis versus.

Ἀφθονοι οὐρανίδαι καὶ ἐν ἀλλήλοις τελέθουσιν.
Οὐ φθονέει μήνη πολὺ κρείσσοσιν ἠλίου αὐγαῖς.
Οὐ χθὼν οὐρανίοις ὑψώμασι νέρθεν ἐοῦσα.
Οὐ ποταμοὶ πελάγεσσιν, ἀεὶ δ' ὁμόνοιαν ἔχουσιν.
Εἰ γὰρ ἔρις μακάρεσσιν ἔην, οὐκ ἂν πόλος ἔστη.

Ibid. D. *Φησὶν ὁ ποιητής.* HARDUIN. Homerus Iliad. α'. v. 604.

Μουσάων δ', αἳ ἄειδον, ἀμειβόμεναι ὀπὶ καλῇ.

Ibid. D. 6. *Ἐν τῷ δωματίῳ τῷ αὐτοῦ.* PETAV. *Αὐτοῦ* rescripsi pro *αὐτῷ.* Attica vox *δωμάτιον*, ait Phrynichus, cum *κοιτὼν* barbarica sit: ut et Menander existimavit, cuius auctoritati Aristophanes opponitur a Polluce lib. I. c. VIII.

Ibid. D. 9. *Βασιλέως ὀφθαλμοίς.* PETAV. Ministros Principis aut Praefectos. Hesych. *ὀφθαλμὸς βασιλέως ὁ πεμπόμενος κατάσκοπος.* Philost. in vita Apollon. lib. I. c. XV. *Σατράπης δὲ τῇ φρουρᾷ ταύτῃ ἐτέτακτο, βασιλέως τις οἶμαι ὀφθαλμός.* Aristoph. Schol. ad Acharn. ait *τὸν βασιλέως ὀφθαλμὸν* esse *τὸν μέγα δυνάμενον παρὰ βασιλεῖ. Οὕτω δὲ ἐκάλουν τοὺς Σατράπας, δι' ὧν πάντα ὁ βασιλεὺς ἐπισκοπεῖ, ὡς βασιλέως ὦτα οἱ ὠτακουσταὶ, δι' ὧν ἀκούει τὰ πραττόμενα ἑκάστῳ πανταχοῦ οἷς ὡς συνάρχοις χρῆται.* Manavit enim hoc a Persis institutum, de quo Xenoph. VIII. *παιδ.*

P. 256. A. 6. *Καὶ καθαιρετέον ἐξ ἀκροπόλεως.* HARDUIN. Abiit in paroemiam haec loquendi formula. Ita Tertull. in Apologet. c. IV. *Vim profitemini, et iniquam ex arce dominationem.* Ubi in nonnullis edition. nonnemo prave ac perperam voluit emendare, *Exercetis dominationem.* Eodem sensu Phaedrus:

Arcem tyrannus occupat Pisistratus.

Ibid. B. ult. *Διὰ τοῦτο ἂν μέν τινα αἴσθῃ.* PETAV. Praeclare inepti atque invidi Sophistae mores exprimit. Etenim invidia in eos non fertur, quos longo intervallo superat quispiam, ait Aristot. II. Rhet. Quod Marii ac Syllae exemplo declaratum apud Plut. in Sylla. Nam cum Iugurthino bello prospere omnia cessissent Syllae, *ἡνία μὲν οὖν ταῦτα τὸν Μάριον* (ait Plut.) *ἔτι δὲ ἡγούμενος ἐλαττον αὐτοῦ φθονεῖσθαι τὸν Σύλλαν, ἐχρῆτο πρὸς τὰς στρατείας.* Ita in omnibus editionibus, nullo plane sensu. Ubi aptissime sane, et ad sententiam nostram accommodate lego, *ἐλάττονα τοῦ φθονεῖσθαι.* Sensus est. Etsi aegre id ferret Marius, tamen
508 quia adhuc inferior erat Sylla, quam ut ei invideret, eius adhuc opera utebatur.

Ibid. C. *Καὶ εὐμενὴς καὶ φιλάνθρωπος.* PETAV. Recte Henr. Steph. *εὐμενὴς εἰ.*

Ibid. D. 3. *Καὶ ἱπνοποιόν.* PETAV. Forte an *ἱποποιὸν ἱποποιῷ.* Exprimere enim illa voluit *κεραμεὺς*, et *ἀοιδός.*

Καὶ κεραμεὺς κεραμεῖ κοτέει, καὶ ἀοιδὸς ἀοιδῷ.

Tametsi apud Lucianum Prometheo quippiam simile legitur:

αὐτοὶ δὲ Ἀθηναῖοι τοὺς χυτρέας καὶ ἱπποποιοὺς καὶ πάντας ὅσοι πηλουργοὶ, Προμηθέας ἀπεκάλουν.

Ibid. D. 5. *Ἀναμὶξ δι' ἀγκύλων ἱππόται.* PETAV. Neque sana haec lectio, nec quam illi affinximus interpretationem. Ac manifeste hic nonnulla desiderantur. Suspicor legendum *ἀναμὶξ δὴ ἐκ ψιλῶν ἱππόταις*, ut illos dicat Velitum ordine deserto equitibus immisceri. Quanquam scio Velites plerumque equitibus insertos; sed et ut plurimum separatos fuisse notissimum est. HARDUIN. In Etymolog. *ἀγκυλισταὶ, ἀκοντισταί.*

P. 257. A. 2. *Καὶ τὴν γρυμαίαν.* PETAV. Phrynichus. *Γρῆττη καὶ τοῦτο τῶν παραπεποιημένων. τὸ γὰρ τοιοῦτον ἅπαν γρυμέαν συμβέβηκε καλεῖσθαι.* Ubi leg. *γρύτη.* Hes. *γρυμέα ἐσθὴς καὶ ἀγγεῖον, σκευοθήκη, ἐν ᾧ ἢ γρύτη. ἤδη δὲ καὶ τὰ λεπτὰ σκευάρια, ἃ καὶ γρύτην λέγομεν.* A voce *γρύτη* fit Latina, scruta. Gloss. v. *Scruta γρύτη.* Pollux *πήραν* interpretatus est. Sotades Comicus apud Athen. l. VII.

γαλεὸς εἴληπται μέγα
Ὠπτησα τὰ μέσα· τὴν δὲ λοιπὴν γρυμέαν
Ἔψω, ποιήσας τρίμμα συκάμινον.

Γρυμέαν appellat reiicula quaeque ac frivola: quo sensu et hoc loco Themistius accepit. Sed pro *τεχτιδέας* leg. *ἰκτιδέας*, ut pridem Casaubonus ad hunc Athenaei locum observavit.

Ibid. A. 3. *Οἷαν Ὁμηρος.* HARDUIN. Iliad. *Θ'.* v. 192.

Ibid. A. 5. *Οἷαν Ἥφαιστος.* HARDUIN. Iliad. *β'.* v. 485.

Ibid. B. 6. *Οστις δὲ οὖν φυγάς.* PETAV. Patroclum significat, qui exul ad Peleum confugit: et Achillis arma induit, in Troiano praelio.

Ibid. C. *Τῶν ἀλλοτρίων πραγμάτων.* PETAV. Leg. *φραγμάτων.*

Ibid. C. 2. *Βασκανίαν μὲν δὴ τούτων.* PETAV. Aut ego fallor, aut parum consentanee quod sequitur superioribus adtextum est. Ac nescio an ab illis verbis: *Νῦν δὲ ἤδη τινες*, quae superiore pagina sunt, ad hunc usque locum quicquid interceptum est; ordine suo motum, ac perturbatum sit.

Ibid. C. 4. *Καὶ ὅσα ἂν εὑρίσκηται.* PETAV. Medicinam huic loco non absurde feceris, si hunc in modum concipias: *καὶ ὅσοις ἂν εὑρίσκητε προσοῦσαν τὴν κῆρα ταύτην*, etc. moxque *τούτων τῶν ἱερῶν* et *κεκτημένους.*

Ibid. C. 8. *Τέταρτον δὲ τύπον.* PETAV. Verba deinceps Platonis eodem ex libro profert.

Ibid. D. *Οἵᾳ θρυγκῷ.* HARDUIN. Quod Plato dixit l. VII. de Repub. Dialecticam esse *ὥσπερ θρυγκὸν τοῖς μαθήμασι*, 509
Themistius idipsum ad veritatem retulit. Mirus est Platonis sententiarum, imo et verborum consectator Themistius.

Ibid. D. 2. *Εἰς πάντα ἀλήθειαν.* PETAV. Mutilus

hic locus, quem sine librorum subsidio emendare velle, divinare est.

HARDUIN. Lege τῇ ἀληθείᾳ, et optime omnia cohaerebunt.

P. 258. B. 3. *Ομνύοι λέγειν ἀκηκοώς.* PETAV. Corrupte: forte λέγων ἀκηκοέναι.

Ibid. *Λυσάνδρου τοῦ Σπαρτιάτου.* PETAV. Cuius illud est: oportere τοὺς μὲν παῖδας ἀστραγάλοις, τοὺς δὲ ἄνδρας ὅρκοις ἐξαπατᾶν. Plutarch. qui Orat. I. de fort. Alex. idem Dionysio Tyranno tribuit.

Ibid. D. *Μῦθοι μὲν τέλειοι.* PETAV. Placet ita legi τε λεῖοι. Sed et ante τούτων pro τῶν τοιούτων.

P. 259. A. 2. *Ἐγραψέ τε, καὶ ἐτεκτήνατο.* PETAV. Melius est ἐῤῥαψε.

Ibid. A. 10. *Ἐν τῷ φαυλοτέρῳ καὶ ἐλάττω.* HARDUIN. Corrig. φαυλότερα, ex Stobaeo serm. XII. pag. 141. edit. Tigur. ubi tamen male refertur locus iste tanquam ex Metriopathe. Item paulo infra, ἐν τῷ μείζω τε καὶ σεμνοτέρῳ pro σεμνότερα, ex eodem.

Ibid. B. *Τὸ μὲν δὴ ἐλλεῖπον τοῦ ἀληθοῦς.* PETAV. Theophrastus *Hθ. Χαρ. Η μὲν οὖν εἰρωνεία δόξειεν ἂν εἶναι, ὡς τύπῳ λαβεῖν, προσποίησις ἐπὶ χεῖρον πράξεων, καὶ λόγων.* Sed Theophr. εἰρωνείαν in peiorem partem accipit. Ideo in fine capitis subiungit. *Ἀλλ' ὅρα μὴ σὺ θᾶττον πιστεύῃς τοιαύτας φωνὰς, καὶ πλοκὰς, καὶ παλιλλογίας, οὗ χεῖρόν ἐστιν εὑρεῖν οὐδέν. Τὰ δὴ τῶν ἠθῶν μὴ ἁπλᾶ, ἀλλ' ἐπίβουλα φυλάττεσθαι μᾶλλον δεῖ ἢ τοὺς ἔχεις.* Noster vero εἰρωνείαν hic ad laudem trahit, et meliorem in partem usurpat. Ad quem facit illud Ciceronis Acad. quaest. 4. *Socrates autem de se ipse detrahens in disputatione, plus tribuebat iis quos volebat refellere. Ita cum aliud diceret atque sentiret, libenter uti solitus est ea dissimulatione, quam Graeci εἰρωνείαν vocant: quam ait etiam in Africano fuisse Fannius: idque propterea vitiosum in illo non putandum, quod idem fuerit in Socrate.*

Ibid. B. 6. *Περὶ σωφροσύνης.* PETAV. Voculas istas parenthesi inclusimus, quo eas reiiculas esse constaret. HARDUIN. Totum hunc locum sic restituo ex Stobaeo, loco cit. *Καὶ διὰ τοῦτο αὐτὸ καὶ Σωκράτης παρελάμβανεν ἐν τοῖς λόγοις, ὁπότε ἐδεῖτο ἐπισκῶψαί τινα σοφιστὴν τύφου μεστὸν, καὶ γέμοντα περιφροσύνης.*

Ibid. B. ult. *Τοὺς ἀληθινούς.* HARDUIN. Corrig. ex eodem Stobaeo, τοὺς ἀληθινῶς.

Ibid. C. 8. *Ἀγεσθαι, καὶ ὑπεράγεσθαι.* PETAV. Literulae unius mutatione vera lectio constabit, si scripseris ἄγασθαι, καὶ ὑπεράγασθαι.

Ibid. D. *Κἂν ὑπὲρ Αἰσχύλου.* PETAV. Quae de Aeschylo et Simonide hic adsperse, parum cohaerere cum praecedentibus mihi videntur.

Ibid. C. ult. *Κἂν συλλουσόμενον παραχαλεῖς.* PETAV. Eiusmodi importunus ille recitator fuit, de quo Mart. lib. III. Ep. XLIV.

In Thermas fugio: sonas ad aurem:
Piscinam peto: non licet natare.

Ibid. D. penult. *Οὐ μὲν δὴ δωροδόκον.* PETAV. Et hoc 510
ex Platone desumptum, sub initium VI. de Rep.

P. 260. B. ult. *Ἐν ταῖς εἰς τοὐπίσω.* PETAV. Voces illas duas, *ἐν ταῖς*, reiiciendas censeo. Ob id secernendas ab caeteris curavi. Sunt enim ab Librario aliud agente frustra repetitae, cum proxime *ἐν ταῖς δίκαις* scripsisset.

Ibid. C. 4. *Καὶ πρότερον ποιεῖν τοῦ δικαίου.* PETAV. Scio plerisque coniecturam nostram paulo audaciorem visum iri, quod *Πραιτώριον* loco *πρότερον* legi putem oportere. Sed eo mihi credo facilius venia dabitur, quod nihil in ipso scriptore propterea mutaverim, quid sentirem suo duntaxat loco monuerim. Id quod a me summa fide ubique praestabitur. Quod ad coniecturam ipsam attinet, primum vox *πρότερον* certissimo vitio laborat. Tum ad eam proxime *Πραιτώριον* accedit. Ac denique, quod caput est, ad sententiam mirifice pertinet. Nec dubium est ea tempestate plerasque Latinas voces pro Graecanicis usurpatas. Uti vox, *Comitatus*, quae in Epistola Constantii ad Athanasium legitur. Quo item modo Praetorium in Evangelio Ioannis extat c. XVIII. Sed et in Gloss. vet. *Πραιτώριον* Praetorium: et apud Suidam. Quod nisi haec coniectura placet, vide an *πρατήριον* rectius sit. Paulo post *ἀνάκτορα* post *ἀνδράκτορα* ex Aug. Cod. scripsi.

Ibid. C. 6. *Οὐδὲ τὸν Περσικόν.* PETAV. Xenoph. I. *Κύρου παιδ.*

Ibid. D. *Ἀλλὰ τά γ' ἄσπαρτα.* HARDUIN. Ad exemplum Homerici carminis istud effictum: sic enim iste, Odyss. *ι'*. v. 109.

Ἀλλὰ τά γ' ἄσπαρτα καὶ ἀνήροτα πάντα φύονται,
Πυροὶ καὶ κριθαί, ἠδ' ἄμπελοι, etc.

P. 261. A. 4. *Καὶ νῦν ἔτι Καρχηδόνιοι Βύρσαν.* PETAV. Nota historia, quam vetustissimi quique prodiderunt. At nonnemo fabulam hanc esse putat, et Byrsae originem aliunde derivat, ab Hebraeo *Batsera*, quae vox *arcem* significat. Verum haud temere a vetustatis auctoritate recedendum, praesertim si nihil in contrarium praeter confidentiam ac supercilium afferatur. Adde quod *Βύρσα* tametsi Graeca vox sit, a Tyriis et Carthaginiensibus usurpari potuit, qui ex aliarum

gentium, ac Graecarum praesertim, usu atque commercio peregrinitatis plurimum in patriam linguam importarunt. Sane Graeca vocabula quam plurima Syriacae, sive Chaldaïcae linguae iam tum olim adspersa fidem facit Danielis c. III. ubi *Psanterin* et *sumphoniah*, hoc est ψαλτήρια, et συμφωνίαι, et alia quaedam leguntur, quae mere Graeca sunt. Quod idem in voce βύρσα contigerit, praesertim cum Syrus interpres Act. IX. eam ipsam expresserit. Ibi enim *Bourseüs* idem est ac βυρσεὺς coriarius.

Ibid. B. *Τριῶν ἢ τεττάρων πόλεων.* PETAV. Saepe hoc in Scriptore contigit ut ex vocum παραλλάξει, exscriptorum vitio, menda quam plurima pullularent: uti ex Notis istis planum fiet. Adeoque hoc in loco accidit: qui misere admodum affectus est.

Verum revocari ad sanitatem non incommode poterit, si pro πόλεων, πλέθρων, vel potius ποδῶν, et pro μερμέρια, 511 ὑπὲρ μυρία. Hoc scilicet modo, ὑπὲρ τριῶν, ἢ τεττάρων πλέθρων μυρία κακὰ ἐργαζόμενον. Vel τερμέρια κακά. Quae proverbialiter pro ingentibus malis usurpantur. Vide Suidam et Plut. in Theseo.

Ibid. B. 4. *Τὸ ὄστρειον τοῦτο τιμώσης.* HARDUIN. Forte, ὄστρακον. Familiare Platonicis est corpus ὄστρακον et θύλακον appellare, aliisque id genus nominibus. Sic et Arnobius lib. II. *Nihil est enim nobis promissum ad hanc vitam, nec in caruncolae huius folliculo constitutis opis aliquid sponsum est, auxiliique decretum.* Nonius: *Folliculum Lucilius posuit pro corpore, lib. XXVI. Ego si quis sum, et quo folliculo nunc sum indutus, non queo.*

Ibid. B. 8. *Ἀποστερεῖν δὲ τοῦ συμπαθόντος.* PETAV. Scripserat Themistius σύμπαντος. Et postea pro ἀποτιμῶσαι, ἀποτῖσαι. HARDUIN. Pro ἀνάφυκτοις, lege, ἀφύκτοις, aut ἐν ἀφύκτοις.

Ibid. B. ult. *Θριξὶν ὀλίγαις.* PETAV. Hoc ad ἑρμιὰν piscatoriam refero, sive lineam ex pilis contextam. Et allusit ad Platonis disputationem illam in Sophista, ubi Sophisticen cum venatione ac piscatione comparat. Petron. Satyr. *Sic eloquentiae magister nisi tanquam piscator eam imposuerit hamis escam, quam scierit appetituros esse pisciculos, sine spe praedae moratur in scopulo.*

Ibid. C. 9. *Εἶτα ἀπὸ τοῦ ῥυτῆρος.* PETAV. Videtur ita olim in pueros animadversum ut paxillis alligati loris postea caederentur. Ita supra, βλέπειν εἰς παττάλους καὶ ἱμάντας. Hos ῥυτῆρας hic appellat. Sunt enim Hesych. et Suidae λῶροι, ἱμάντες. Pollux lib. III. c. IIX. *Αἱ δὲ μάστιγες, ὑστριχίδες ἱμάντες ῥυτῆρες.* Eodem pertinet et κρεμάσαι ἐκ τοῦ

κίονος, quod ibidem citat ex Hyperide. Isidorus in Glossis. *Anguilla est qua coërcentur in Scholis pueri, quae vulgo scutica dicitur.* Ausonius ad Nepotem.

Quod sceptrum vibrat ferulae, quod multa supellex
Virgea, quod fallax scuticam praetexit aluta.

Proprie est equorum habena, hinc *ἀπὸ ῥυτῆρος θέοντες ἵπποι* apud Dionem Chrys. Orat. XXXIII. Nec audiendus interpres, qui *equos e carceribus currentes* vertit. Apud Suidam in *βλαύτη* citatur e Sophocle *σπεύδειν ἀπὸ ῥυτῆρος*, quod interpretatur *ἀπὸ βλαύτης ὡς ἕκαστος ἔχει σχήματος*, quasi *ῥυτῆρες* sint crepidarum lora. Sed aliud puto intellexisse Sophoclem, et idem omnino quod Dio, cum *ἀπὸ ῥυτῆρος* dixit, significare voluit.

Harduin. *Τὸν ῥυτῆρα*, quo et servi coërcebantur, *habenam* vocat Horat. Epist. II. lib. II.

In scalis latuit metuens pendentis habenae.

Ubi vetus Comment. *Secundum morem Romanum, qui servos suos ad gradus habenis, id est, loris ligatos flagellabant. Idcirco in media domo a gradibus ad timorem servis incutiendum habenae pendebant.*

Ibid. D. 8. *Ον κεν ἐγὼ δήσας ἀγάγω.* Iliad. *β'.* v. 231.

P. 261. B. 5. *Η οἱ τῆς θαλάττης λεγόμενοι χόες.* Petav. Proverbium est quondam Apollinis oraculo expressum.

Οἶδα δ' ἐγὼ ψάμμου τ' ἀριθμὸν καὶ μέτρα θαλάσσης.

Supra Orat. VII. *Διὰ τοῦτο ἄρα ὁ Πύθιος τῆς μὲν ψάμμου τὸν ἀριθμὸν οὐκ ἐδίσταζεν ὁπόση εἴη, οὐδὲ τῆς θαλάσσης τοὺς χόας.* Basil. Orat. XXII. *Ισον ἐστὶ καὶ κύματα πελάγους* 512
ἀπαριθμεῖσθαι, ἢ ταῖς κοτύλαις πειρᾶσθαι τὸ ὕδωρ τῆς θαλάττης ἀπομετρεῖν.

Ibid. B. penult. *Καὶ διὰ τοῦτο οἱ ἄνθρωποι.* Petav. Cicero Tusc. III. *Est enim proprium stultorum, aliena vitia cernere, oblivisci suorum.*

Ibid. C. 5. *Οἷα δὲ λέγει ὁ μάγειρος.* Petav. Quae sequuntur ex quopiam Comico desumpta, qui Carionem coquum induxerat, hominem susurronem, ac maledicum, qui quae ab aliis gesta narraret, peiorem semper in partem interpretaretur. Sed quod obscurus ille sit scriptor, quae huc ex eo translata sunt, mihi quidem parum sunt comperta. Facit ad hunc locum quod Dio Chrys. orat. XXXII. scribit. *Ωσπερ ἐν ταῖς Κωμῳδίαις καὶ διασκευαῖς, Καρίωνα μὲν εἰσάγοντες μεθύοντα, καὶ Δᾶον, οὐ σφόδρα κινοῦσι γέλωτα.*

Ibid. C. ult. *Διαβάλλῃ.* Harduin. Forte, *διαβάλῃ.*

P. 263. A. 3. *Εκίνησε τὸν Πλάτωνα.* Petav. Haud scio an *Πλούτωνα* verius sit, nisi *νεκυομαντείαν*, et Platonis

ab inferis excitationem quisquis ille est Poëta descripsit. Paulo ante λιβανωτοῦ pro λιβανωτοῖς rescribe.

Ibid. B. 3. *Τὸν δὲ κακοδαίμονα ἐκεῖνον.* PETAV. Solent enim famigeratores eorum quae commenti sunt, obscuros atque ignotos auctores fingere, ut inquisitionis diligentiam deviteat. Ita Aeschines. *Οἱ ἀλαζόνες ὅταν τε ψεύδονται, ἀόριστα καὶ ἀσαφῆ πειρῶνται λέγειν, φοβούμενοι τὸν ἔλεγχον.*

Ibid. B. 6. *Ἀπάγης.* HARDUIN. Forte, *ἀγάγης.*

Ibid. D. 2. *Ος δικαίως ἐκρέματο.* PETAV. Supplicii quoddam genus videtur esse, quo in coquos animadversum, ut corbibus impositi penderent. Aliter et per corbem, sive cophinum poenae tardis nominibus constitutae apud Boeotios. De quo ritu Nicolaus Peripat. de Rit. Gent. *Βοιωτῶν ἔνιοι τοὺς κρέας οὐκ ἀποδιδόντας εἰς ἀγορὰν ἄγοντες καθῆσαι καλέουσιν, εἶτα κόφινον ἐπιβάλλουσιν αὐτῷ. ὃς δ' ἂν καφωνῇ, ἄτιμος γίνεται. Cophino enim caput inserebant, et sic infames habebantur.* Sed quod ad coquos attinet, aliud in eos animadversionis genus exstitit, cum in puteum, sive barathrum deprimerentur. De quo Plautus Aulul. Sc. *Tuos nunc ium.*

Dicant, cooi abstulerunt: comprehendite,
Vinoite, verberate, in puteum condite.

Quanquam fieri potest, ut corbis ille in quem impositos fuisse Themistius hoc loco significat, in puteum, cisternamve demitteretur.

Ibid. D. ult. *Ἐπὶ δεξιὰ ἀναβάλλεσθαι.* PETAV. Puto leg. *ἐπιδέξια ἀναβάλλεσθαι* hoc est, scite atque eleganter hymnum auspicari. Sic enim *ἀναβάλλεσθαι* sumitur. Thomas Mag. *Ἀνεβαλόμην ἐπὶ μέλους κάλλιον ἢ ἦσα.* Aphthonius: *οἱ μὲν τέττιγες μουσικὴν ἀνεβάλοντο σύντονον.* Proprie *προοιμιάζεσθαι.* Hesych.

P. 264. A. 5. *Ἰστε γάρ που ὅτι Ὁμηρος.* PETAV. Idem omnino de Homero scribit Dio Chrys. orat. XXXIII. *Ὁμηρος μὲν σχεδὸν ἅπαντα ἐνεκωμίασε καὶ θηρία, καὶ φυτὰ καὶ ὕδωρ καὶ γῆν, καὶ ὅπλα, καὶ ἵππους, καὶ οὐδὲν ἔσθ' ὅτου μνησθεὶς χωρὶς ἐπαίνου τε καὶ τιμῆς, ὡς ἂν εἴποι τις,*
513 *παρῆλθεν. Ἕνα γοῦν μόνον ἐξ ἁπάντων ἐβλασφήμησε Θερσίτην, καὶ τοῦτον λιγὺν εἶναί φησιν ἀγορητήν.* At contra Archilochus in vituperationem propensior.

AD ORATIONEM XXII. NOTAE.

PETAV. Quomodo incunda ac conservanda sit inter homines amicitia disputat in hac oratione. Et quidem principio cuiusmodi diligere amicos oporteat: tum quis ad illos aditus atque accessus esse debeat: quibus item officiis, ubi semel amicitia coaluerit, fovenda sit: ac postremo de adulatione et simulatione, quae amicitiam ementiuntur, disserit.

P. 264. D. penult. *Καί τοι ἔριν μέν.* HARDUIN. Iliad. *ι.* v. 255.

Σὺ δὲ μεγαλήτορα θυμὸν
Ἴσχειν ἐν στήθεσσι· φιλοφροσύνη γὰρ ἀμείνων.
Λιγέμεναι δ' ἔριδος κακομηχάνου, etc.

P. 265. B. ult. *Φεύγειν δὲ τὰ μέσα.* PETAV. Sumptum id ex Platonis Gorgia.

P. 266. A. ult. *Ἐν τῷ οὐρανῷ.* PETAV. Expungendae hae voces, quae otiosae videntur.

Ibid. A. 8. *Καὶ κύνα Κέλτον.* PETAV. Celticos canes commendat Gratius in Cyneg. his versibus.

Magna indocilis dat praelia Mèdus,
Magnaque diversos extollit gloria Celtas:

quos et Gallos subinde nominat.

Quondam inconsultis mater dabit Umbrica Gallis
Sensum agilem.

Ibid. B. 9. *Ἀλλὰ καὶ προήκατο.* PETAV. Sensus est: priorem clypeum adeo tanti non fecerat Achilles, ut cum ceteris armis cum Patroclo flagitanti daret, qui de Graecorum clade condoluscebat, posteaque ut eius mortem ulciscaretur, alterum a Marte acciperet: ut appareat utrumque clypeum amicitiae atque officiis impensum.

Ibid. B. ult. *Ἵνα ὁ φίλος μὴ ἀτιμότερος γένοιτο.* HARDUIN. Historiae ratio exigit, ut legatur, *μὴ ἀτιμώρητος*, ne amicus inultus foret.

Ibid. C. 5. *Σὲ δὲ, ὦ τοῦ χοροῦ.* PETAV. Multas coram Imperatore orationes habuisse Themistium iisce ex orationibus constat. Harum e numero hanc fuisse, Imperatoremque ipsum hoc loco compellari, manifestum est.

Ibid. D. ult. *Οὐ γὰρ πολλὰ μέν.* PETAV. Elegantér ad eandem sententiam Synes. ad Arcad. *Ἰώμενος οὖν τῆς φύσεως ἐνδειαν, συνουσιοῦται τοῖς φίλοις, τὴν δύναμιν ἑαυτοῦ πολυπλασιάζων. οὕτω γὰρ τοῖς ἁπάντων μὲν ὀφθαλμοῖς ὄψεται, ταῖς ἁπάντων δὲ ἀκοαῖς ἀκούσεται, καὶ ταῖς*

ἁπάντων γνώμαις εἰς ἓν ἰούσαις βουλεύσεται. Aristot. III. Polit. c. XVI. Ἄτοπον δὲ ἴσως ἂν εἶναι δόξειεν εἰ βέλτιον ἴδοι τις δυοῖν ὄμμασι καὶ δυσὶν ἀκοαῖς κρίνων, καὶ πράττων δυσὶ ποσὶ, καὶ χερσὶν, ἢ πολλοὶ πολλοῖς· ἐπεὶ καὶ νῦν ὀφθαλμοὺς πολλοὺς οἱ μόναρχοι ποιοῦσιν αὑτῶν καὶ ὦτα, καὶ χεῖρας, καὶ πόδας. τοὺς γὰρ τῇ ἀρχῇ καὶ αὐτοῦ φίλους ποιοῦνται συνάρχους. Ubi αὐτοῖς corrig.

514 P. 267. A. 4. Εἰ δὲ φιλίαν πλουτοίη. HARDUIN. Forte, φίλον, quanquam nec altera lectio est improbanda.

Ibid. B. 10. Τοσαύτη δὲ αὐτῆς. PETAV. Seneca, epist. 45. *Pro bonis mala amplectimur, etc. Adulatio quam similis est amicitiae? Non imitatur tantum illam, sed vincit et praeterit: apertis et propitiis auribus recipitur, et in praecordia ima descendit, eo ipso gratiosa quo laedit, etc.*

Ibid. C. ult. Ἀεὶ δὲ αὐτῷ. HARDUIN. Lege, Ἀεὶ δ' ἄρ' αὐτῷ. Eleganter Euripid. in eam sententiam:

Οὐκ ἂν γένοιτο χωρὶς ἐσθλὰ, καὶ κακὰ,
Ἀλλ' ἔστι τις σύγκρασις, ὥστ' ἔχειν καλῶς.

Ibid. D. 4. Τῆς Ομηρικῆς Ἀθηνᾶς. HARDUIN. Iliad. ε'. v. 127. Diomedem Minerva compellat.

Ἀχλὺν δ' αὖ τοι ἀπ' ὀφθαλμῶν ἕλον, ἣ πρὶν ἐπῆεν,
Ὄφρ' εὖ γινώσκῃς ἠμὲν θεὸν, ἠδὲ καὶ ἄνδρα.

Ibid. D. ult. Ὁ τῆς Ἀθηνᾶς λόγος φησί. PETAV. Delendum opinor, τῆς Ἀθηνᾶς.

P. 268. A. 10. Ἀπὸ δρυός ἐστι. HARDUIN. Odyss. τ'. 163. ubi aliqui παλαιφάγου legunt.

Ibid. D. 3. Καὶ διὰ τοῦτο ὁ Περσικός. PETAV. Ioan. Tzetzes, Chil. III. c. XCVIII. histor. vers.

Νόμος κοινός τις Περσικός ἐστι κατ' ἀχαρίστων·
Τοὺς δυναμένους σύμπαντας χάριν ἀποδιδόναι,
Καὶ μὴ διδόντας ἰσχυρῶς ἐνθυνῶν, καὶ κολάζων
Τοὺς ἀχαρίστους. οἴονται γὰρ καὶ πρὸς τὴν πατρίδα,
Καὶ πρὸς γονεῖς, καὶ πρὸς θεὸν ἀσεβάστους εἶναι.

HARDUIN. Et mox addit:

τὴν δὲ τοῦ Πέρσου νόμον
Κτησίας καὶ Ηρόδοτος γράφουσιν ἱστορίαν.

Hic vero, ut alibi saepe, memoria labitur Ioan. Tzetzes. Nam Ctesias et Herod. nullibi, nisi et ipse fallar memoriae, istius legis meminere: sed in Xenophontis lib. I. Κύρου παιδ. qui Ctesiae temporum aequalis fuit, in Themistii nostri orationibus, et Amm. Marcel. lib. XXIII. ampla eius mentio exstat. Ex quibus locum Senecae corrigas, lib. III. de Benef. c. VI. *Excepta Macedonum gente*, inquit, *non est in ulla data adversus ingratum actio.* Nam apud solos Persas datam esse

hinc scimus, Ubi Muretus lib. XII. Variar. c. III. contendit legendum esse *Medorum*, non *Macedonum*.

P. 269. A. 5. *Ο τοῦ Στροφίου.* HARDUIN. Pyladem Strophii filium designari hoc loco manifestum est, cuius cum Oreste amicitia saepius in fabulis est decantata. In fabulis dico, quod nullius ea historici auctoritate vel testimonio confirmetur.

Ibid. C. 2. *Ωσπερ τὰ κνάρια.* PETAV. Ita Arrianus Dissert. Epict. lib. II. c. XXII. *Κνάρια οὐδέ ποτ' εἶδες σαίροντα, καὶ προσπαίζοντα ἀλλήλοις, ἵν' εἴπῃς οὐδὲν φιλικώτερον, ἀλλ' ὅταν ἴδῃς τί ἐστι φιλία, βάλε κρέας εἰς μέσον, καὶ γνώσῃ*, etc. ubi pro *ὅταν ἴδῃς*, corrig. *ὡς ἂν ἴδῃς*.

Ibid. D. 7. *Κυβείαν, ἢ Θετταλάν.* PETAV. *Θετταλὰν* istud vitiosum est. Vide an *πεττείαν*, aut *τηλίαν* rescribendum sit.

Ibid. D. 8. *Οτῳ γὰρ ἀνδρὶ εἰς ἕν τι.* PETAV. Eadem fere 515
Platonis verba sunt, VI. de Repub. *Ἀλλὰ μὴν ὅτῳ γε εἰς ἕν τι αἱ ἐπιθυμίαι σφόδρα ῥέπουσιν, ἴσμεν που ὅτι εἰς τἆλλα τούτῳ ἀσθενίστεραι, ὥσπερ ῥεῦμα ἐκεῖσε ἀποχετευόμενον.* Eadem similitudine usus est Plutarchus in Alexandro.

Qui locus, quia admodum deformatus est, una a nobis et afferendus, et emendandus erit. Plutarchi verba sunt: *Οὕτως ἄρα δεινὸν μὲν ἀπιστία πρὸς τὰ θεῖα, καὶ καταφρόνησις αὐτῷ. δεινὴ δὲ αὖθις ἡ δεισιδαιμονία, δίκην ὕδατος ἀεὶ πρὸς τὸ ταπεινούμενον, καὶ ἀναπληροῦν ἀβελτηρίας, καὶ φόβου τὸν Ἀλέξανδρον γενόμενον.* Cedo quis ullus ex lisce verbis sensus elici potest? Itaque primum pro *αὐτῷ* corrig. *αὐτῶν*. Tum pro *δεινὴ*, *δεινόν*. Deinde *πρὸς τὸ ταπεινούμενον, ῥέουσα καὶ ἀναπληροῦσα ἀβελτηρίας, καὶ φόβου τῶν γενομένων*, inducta voce *Ἀλέξανδρον*.

P. 270. A. 5. *Καὶ ἀγαπητὸν ὅτῳ καὶ εἷς που.* PETAV. Imo Menander apud Plutarch. lib. *περὶ πολυφ.* aiebat, *Θαυμαστὸν ὅσον νομίζειν ἕκαστον ἀγαθὸν ἂν ἔχῃ φίλου σκιάν.* Ubi *ἕκαστον* inducendum puto.

Ibid. A. 9. *Καὶ γὰρ αὖ ἀναγκαῖον.* PETAV. Disputat ea de re pluribus Plut. eodem Opusc. ubi et rationem hanc adfert, quod *ἑταῖρος* dictus sit quasi *ἕτερος*. Qui locus oppido mendosus est, et a me obiter emaculabitur. Sic igitur ille: *Σύννομον ἡ φιλία ζῶον, οὐκ ἀγελαῖόν ἐστιν, οὐδὲ κολοιῶδες, καὶ τὸ ἄλλον αὐτὸν ἡγεῖσθαι τὸν φίλον, καὶ προσαγορεύειν ἑταῖρον, καὶ ἑταῖρον, ὡς ἕτερον οὐδέν ἐστιν ἄλλο, πλὴν μέτρῳ φιλίας τῇ δυάδι χρωμένων.* Quibus verbis nihil absurdius. Ita vero restituo, *καὶ προσαγορεύειν ἑταῖρον, ὡς ἕτερον, οὐδ' ἔνεστιν ἄλλως*, vel *ἄλλῳ*, et *χρωμένῳ*.

Ibid. C. *Ἢ τοῖς λαφύροις.* HARDUIN. Melius, *ἢ ἐπὶ τῶν λαφύρων.* Desumptum ex Iliad. *α'.* v. 167. quo loco Agamemnon,

Σοὶ τὸ γέρας πολὺ μεῖζον, ἐγὼ δ' ὀλίγον τε φίλον τε.

Ubi Scholiastes: *ἐμοὶ τῶν λαφύρων ἐλάχιστον ἔρχεται, καὶ τοῦτο προσφιλὲς ἡγοῦμαι.*

Ibid. C. 3. *Ἀλλ' ἐπειδὴ χαλεπά.* PETAV. Seneca de Tranquil. an. c. VII. cum dixisset: *Ita in amicorum legendis ingeniis dabimus operam, ut quam minime inquinatos assumamus. Initium morbi est, aegris sana miscere:* subdit mox. *Nec hoc praeceperim tibi, ut neminem nisi sapientem sequaris, aut attrahas. Ubi enim invenies, quem tot seculis quaerimus? Pro optimo est minime malus. Vix tibi esset facultas delectus felicioris, si inter Platanas, et Xenophontas, et illum Socratici foetus proventum bona quaereres, aut si tibi potestas Catonianae fieret aetatis, etc.*

P. 271. A. 3. *Χαβρίου καὶ Ἰφικράτους.* HARDUIN. De utroque Plutarchus in Apophth. pag. 187.

Ibid. A. 5. *Σύντομός τε.* HARDUIN. Corrige, *σύντονός τε.*

Ibid. B. *Τὸν μὲν ἀνεξίκακον.* HARDUIN. Diomedem videlicet. Iliad. *δ'.* v. 401. ubi cum Agamemnon utrumque, Diomedem ac Sthenelum Capanei F. obiurgasset, ista subdit:

Ὡς φάτο. Τὸν δ' οὔτι προσέφη κρατερὸς Διομήδης,
Αἰδεσθεὶς βασιλῆος ἐνιπὴν αἰδοίοιο.
Τὸν δ' υἱὸς Καπανῆος ὠμείψατο κυδάλιμος.

516 Ibid. B. 6. *Τοῦ Ζελείτου.* HARDUIN. Ubi Pandarus Zelia oriundus, quae pars Lyciae fuit, Menelaum sagitta lacsit. Iliad. *δ'.* v. 121.

P. 272. C. 5. *Ἐγὼ δὲ ὁρῶν.* PETAV. Corr. *ὁρῶ.*

Ibid. C. ult. *Οὔτε δυσάρεστος.* HARDUIN. Corrig. *εὐάρεστος.*

Ibid. D. 7. *Ἐπιβουλῇ γὰρ τοῦ πέλας.* PETAV. Quid si *ἐπιβολῇ γὰρ τοῦ πέλας?* Eorum, inquit, quae naturae similitudine proxima, atque affinia sunt, admixtione, Sepiasiarii oleum, laudem alii corrumpunt. Potest vero et *τῶν πέλας* per distributionem, usurpari, ut *τοὺς πέλας* appellet mangones illos, qui cum oleum, et laudem adulterent, proximi sunt iis, qui vere ac sincere illis utuntur, hoc modo, *ἐπιβουλῇ γὰρ*, vel *ἐπιβολῇ*, *τῶν πέλας οἱ μέν.* Nam immistione, aut per insidias, eorum qui propinqui sunt, alii, etc. HARDUIN. Vox *πέλας*, quae iterum versu seq. legitur, expungenda est: hinc enim iterum illuc irrepsit. Vide Dion. Chrys. Orat. III. de Reg. pag. 39.

P. 273. B. 6. *Πόσῳ δὲ μᾶλλον.* PETAV. Elegantet hunc locum tractat Xenoph. VIII. *Κύρου παιδ.* Ubi de Pherasia Cyri purpurato. *Καὶ θεραπεύειν οὐδὲν ἡδὺ αὐτῷ οὕτως ἐδόκει εἶναι, οὐδ' ὠφέλιμον ὡς ἀνθρώπους. Καὶ γὰρ βέλτιστον πάντων τῶν ζώων ἡγεῖτο ἄνθρωπον εἶναι, καὶ εὐχαριστότατον, ὅτι ἐώρα τοὺς τε ἐπαινουμένους ὑπό τινος, ἀντεπαινοῦντας τούτους προθύμως, τοῖς τε χαριζομένοις πειρωμένους ἀντιχαρίζεσθαι· καὶ οὓς γνοῖεν εὐνοϊκῶς ἔχοντας, τούτοις ἀντευνοοῦντας· καὶ οὓς εἰδεῖεν φιλοῦντας αὐτούς, τούτους μισεῖν οὓς δυναμένους.* Haec ille.

Ibid. C. *Μιμεῖται οὖν πρὸς τὴν ἄγραν.* PETAV. Puto *μιμητέον* leg. et pro *κούφους, σοφούς.* Nisi *κούφους θηρευτὰς* vocet leviores, atque expeditiores, ut sunt aucupes.

Ibid. C. 7. *Τοὺς οὔπω τεθηρευμένους.* PETAV. Scribe, *εἰς τοὺς οὔπω.* Quae sequuntur, manca sunt, atque mutila.

HARDUIN. Paulo antea, pro *τῶν ἤδη προσηλωκότων*, lege, *διὰ τῶν ἤδη προηλωκότων.* Quae vero sequuntur, *οὐ γὰρ δὴ*, legenda cum interrogatione: *Nonne enim columbas domesticae peregrinas nonnunquam multas pelliciunt?*

Ibid. D. 9. *Μὴ μετεχόντων ἑκάστου.* PETAV. Existimo minus integrum hunc esse locum.

P. 275. B. 2. *Ἐπιστρέφεσθαι πρὸς τὸ.* PETAV. Corrig. *πρὸς τοῦτον.*

Ibid. C. 10. *Καὶ πᾶσαν.* PETAV. Forte *πάμπαν.*

Ibid. D. 2. *Ἐπιστήμαις, καὶ τύχαις.* PETAV. Quid si *τέχναις?*

P. 276. B. ult. *Τὸ Ἐπίγραμμα ἀληθέστερον.* PETAV. Extat apud Demosth. Orat. *περὶ στεφ.*

Μηδὲν ἁμαρτεῖν ἐστι θεῶν, καὶ πάντα κατορθοῦν
Ἐν βιοτῇ, μοῖραν δ' οὔτι φυγεῖν ἔπορεν.

Ibid. C. 6. *Ὁ γὰρ δὴ φίλος.* PETAV. Vide Plut. Tractat. *πῶς ἄν τις διακρ.* et Max. Tyr. Disser. IV.

P. 277. C. 7. *Ἑκατέρα γὰρ ταῖν.* PETAV. Leg. *τοῖν ὁδοῖν.*

P. 278. B. 11. *Οἱ τὰ ὑδάτια.* HARDUIN. *Ὑδροφόβους* Medici vocant, quo de genere morbi pluribus egimus in Plinianis Notis.

P. 278. C. 8. *Ἐπιφελῶς.* HARDUIN. Corr. *ἐπωφελῶς.*

P. 279. B. 10. *Οἱ πλάσται δὲ ἔτι.* PETAV. Haud dubium quin ex Virgilii deformatione Aen. III. 517

Prima hominis facies, et pulchro corpore virgo
Pube tenus, postrema immani corpore Pistrix,
Delphinum caudas utero commissa luporum.

Ibid. B. 11. *Τὰ μὲν ἀπ' ἄχρι κεφαλῆς.* PETAV. Forte, *ἄκρας.*

P. 281. B. *Κόσμον ἰκέον.* PETAV. Placet *εἰκαῖον.* Uti significet nullam in eius cultu affectationem fuisse.

AD ORATIONEM XXIII. NOTAE.

PETAV. Adversus calumniatores obtrectatoresque suos insurgit hac oratione Themistius, qua seipsum purgat, et Sophistam non esse iisce ex signis declarat, quae in Sophista sunt a Platone descripta.

HARDUIN. Dictam esse hanc orationem post reditum ex urbe Roma, ipse profitetur, pag. 298. hoc est, post annum CCCLXXVIII. atque adeo Theodosio imperante. Vide quae diximus ad orat. XIII.

P. 282. D. 6. *Ἐγεῖραί τε αὖ.* PETAV. Malim, *ἀγεῖραί τε αὖ.* Nam posterius illud *ἀγεῖραι*, prioris verbi emendatio est. HARDUIN. Ut nostra est coniectura, sic est legendum: *ἐγεῖραί τε αὖ καὶ τήμερον ἀγείραντα ἀναβῆναι. Invitasse vos adhuc, et hodie coacto coetu ascendisse.*

P. 283. A. 7. *Ἀλλ' ἐγὼ μὲν ἴσημι.* PETAV. Omnino *εἴσειμι* legendum est. HARDUIN. Corrig. *εἰσίημι.*

Ibid. B. 7. *Πανήγυρις.* HARDUIN. Malim hanc vocem ita reddi, ut *conventus* sive *concio* intelligatur, quam *mercatus.*

Ibid. B. 9. *Τοῦ εἰς ἕνα, καὶ χιλίους.* PETAV. Iudicium hoc Athenis fuit. De quo Demosthenes in Timocr. *Πρὸς δὲ τούτοις δικαστήριον δυοῖν εἰς ἕνα, καὶ χιλίους ἐψηφισμένων* etc. Quem ad locum observatione non indigna sunt, quae Ulpianus adnotat. *Ἐν τοῖς μεγάλοις καὶ ἐσπουδασμένοις πράγμασι συνήρχοντο ἐκ δύο δικαστηρίων πληροῦντες ἀριθμὸν χιλίων καὶ ἑνός. Διὰ τοῦτο δὲ ὁ εἷς προσετίθετο ἀεὶ τοῖς δικασταῖς, ἵνα μὴ ἴσων γενομένων τῶν ψήφων, ἐξ ἴσης ἀπέλθωσιν οἱ δικαζόμενοι, ἀλλ' ἐκεῖνος δόξῃ νικᾶν, ᾧ ἂν ὁ εἷς προσετέθη.* Pollux lib. VIII. cap. X. *Ἡ Ἡλιαία δὲ πεντακοσίων. εἰ δὲ χιλίων δέοι δικαστῶν, συνίσταντο δύο δικαστήρια.*

Ibid. B. 10. *Ἐξενεγκεῖν ὅ, τι χρή.* PETAV. Forte, *ἐπενεγκεῖν.*

Ibid. C. ult. *Ὥσπερ οἱ Πλαταιεῖς.* PETAV. Thucyd. lib. III.

P. 284. A. 9. *Ἀτρωτον ποιοῦσι μᾶλλον ἢ τὸν Καινέα.* HARDUIN. Didymus Scholiastes in Iliad. *α'.* Homeri v. 264.

Ὁ δὲ Καινεὺς, Πλάτου μὲν παῖς, Λαπίθων δὲ βασιλεὺς . . . . ἄτρωτος γίγνεται etc.

P. 284. B. 3. *Ἐκεῖνος ὁ ἐξαμύνας.* PETAV. De Caeneo, ut nunc quidem lectio est, accipi haec debent. Sed de huius sinceritate vehementer dubito. Ac in voce *ἐξαμύνας* ulcus latet *ὕπουλον*. cui mederi haud possum. HARDUIN. Ad alium quempiam, quam ad Caeneum, videntur referri haec oportere.

Ibid. C. 8. *Ὅθεν περ καὶ Φιλίππῳ.* PETAV. Nota ex Ulpiani Comment. Hist. ad III. Olynth. 518

Ibid. D. 8. *Ποιεῖται μὲν γάρ που.* PETAV. Dionysius Tyrannus apud Stob.

Επειτα δ' οὐδὲ τοῦτο γινώσκεις, ὅτι
Τοῖς οὐδὲν οὖσιν, οὐδὲ εἷς ὅλως φθονεῖ;
Ἀεὶ τὰ σεμνὰ κέκτηται φθόνον.
Απαν τὸ λίαν συνετόν ἐστ' ἐπίφθονον.

P. 285. B. *Ωστε μετανάστης.* PETAV. Vide Laert. et Suidam. De Pythagorae, Socratis, Platonis et aliorum infelicitate sapientum, Firmicus lib. I. cap. III.

Ibid. C. 3. *Πλάτωνος δὲ οὐ μέχρι νῦν.* PETAV. Diog. Laert. Athen. lib. XI. Aristides Orat. *ὑπὲρ τῶν τεσσάρων.*

Ibid. C. 6. *Κηφισοδώρους δὲ καί.* PETAV. De Eubulide, eiusque in Aristotelem odio, Diog. Laert. in Euclide. De Dicaearcho Suidas: quem tamen vix eundem credo fuisse, de quo hic noster, cum Aristotelis discipulum illum faciat.

Ibid. D. 6. *Κηφήνων κεκεντρωμένων.* PETAV. Quaeri potest cur *Κηφῆνας κεκεντρωμένους* vocet, id est, aculeatos, cum *κηφῆνες* aculeo careant. Hesych. *Κηφὴν μυῖα ἄκεντρος, ἀργὴ, μὴ γεννῶσα.* Ubi *μυῖαν* ad apum genus transtulit. Idem: *Κηφῆνας τοὺς ἀῤῥένας τῶν μελισσῶν ἀπράκτους.* Suidae *ἡ ἀγρία μέλισσα.* Gloss. V. *κηφὴν, fucus.* Non habere aculeum indicat et Aristoph. Vespis his verbis:

Αλλὰ γὰρ κηφῆνες ὑμῖν εἰσιν ἐγκαθήμενοι,
Οὐκ ἔχοντες κέντρον, οἳ μένοντες ἡμῶν τοῦ φόρου
Τὸν γόνον κατεσθίουσιν οὐ ταλαιπωρούμενοι.

Ubi et Scholiastes idem, quod superiores illi Critici, habet. Sed litem omnem dirimit Aristot. IX. de Hist. Anim. c. II. Ubi fucos quosdam ait esse, quos *κεντρωτοὺς* vocant, *οὐκ ἔχοντας κέντρον, ἀλλ' ὅτι βούλονται μὲν, οὐ δύνανται δὲ βάλλειν.* At Plato VIII. de Rep. duo *κηφήνων* genera distinguit; quorum alatum unum, pedestre alterum. *Οὐκοῦν τοὺς μὲν πτηνοὺς κηφῆνας πάντας ἀκέντρους ὁ θεὸς πεποίηκε, τοὺς δὲ πεζοὺς τούτους ἐνίους μὲν αὐτῶν ἀκέντρους, ἐνίους δὲ δεινὰ κέντρα ἔχοντας. καὶ ἐκ μὲν τῶν ἀκέντρων πτωχοὶ πρὸς τὸ γῆρας τελευτῶσιν, ἐκ δὲ τῶν κεκεντρωμένων πάντες ὅσοι κέκληνται κακοῦργοι.* Plutarch. in Civil. Instit. de

Cleone. Multas, inquit, cupiditates δὶ περὶ τὸν Κλέωνα βόσκοντες καὶ αὔξοντες, πολὺν (ὡς φησιν ὁ Πλάτων) κηφῆνα τῇ πόλει κεκεντρωμένον ἐνεποίησαν.

P. 286. A. Ἰλεων ἀεὶ τὴν θάλασσαν. PETAV. Subiicient haec de maris mutabilitate verba memoriae meae Tertulliani locum quendam, ubi eadem illa pulcherrime, sed obscure satis explicantur, in lib. de Pallio. *Sic et mari fides*, ait, *infamis, dum et flabris aeque mutantibus de tranquillo probum, de flustris temperatum, et extemplo de decumanis inquietat.* Cuius loci in enucleanda sententia mire se eruditi viri torquent, ac mendi etiam habent suspectum. Quae enim, aiunt, de tranquillo in probum mutatio esse potest? Ego vero de loci integritate nihil dubito. Hoc tantum astruo; Particulam, *de*,
519 non ad eum, a quo mutatio fit, maris statum referri, sed ipsam esse potius causam, quae mutationem efficiat. Hoc est, ut Philosophi nostri dicunt, non pro termino a quo, sed pro formali causa sumi. Ut ex posteriore membro satis arguitur. *Et extemplo de decumanis inquietat.* Causa enim inquieti agitatique maris sunt decumani fluctus, ut et tranquillitas probitatis, et flustra temperati status ac stabilis: forma scilicet ipsa a quo effecta illa proficiscuntur.

Ibid. B. 2. Οἱ πάλαι τελχῖνες. PETAV. Nicolaus in Hist. de mor. Gent. apud Stob. Τελχῖνες ἄνθρωποι ὀνομαζόμενοι τὸ ἀνέκαθεν Κρῆτες, οἰκήσαντές τε καὶ ἐν Κύπρῳ, μεταναστάντες δ' εἰς Ρόδον, καὶ πρῶτοι τὴν νῆσον κατασχόντες, βάσκανοί τε σφόδρα ἦσαν, καὶ φθονεροί. Τεχνῖται δὲ ὄντες, καὶ τὰ τῶν προτέρων ἔργα μιμησάμενοι, Ἀθηνᾶς Τελχινίας ἄγαλμα πρῶτοι ἱδρύσαντο, ὥσπερ εἴ τις λέγοι Ἀθηνᾶς βασκάνου. Nonnus Dionys. XIV. Diodorus Siculus L. V. Eustat. ad Iliad. ί. ἡ δὲ παροιμία τοὺς φθονεροὺς καὶ ψογεροὺς Τελχῖνας καλεῖ. Vide eundem plura de iis disserentem.

Ibid. B. 10. Ὅτι μὲν δὴ πάλαι. PETAV. Philost. I. de vitis Sophist. Synesius in Dione.

Ibid. C. 10. Οἳ ὥσπερ ἄλλό τι. PETAV. Idem Philostratus in eorum vitâ.

P. 287. A. 8. Ὁπόσα Πλάτων. HARDUIN. Corrig. ὁπόσους Πλάτων.

Ibid. B. Καθάπερ Σόλωνι. PETAV. Scribe Σόλωνος, et Λυκούργου, ut νόμοι subaudiantur.

P. 288. A. 5. Δείκνυσι δὴ πρῶτον. PETAV. Haec omnia ex Platonis Sophista translata sunt. Ex quo et Themistium nostrum emendabimus. Legendum enim ἔμπορον περὶ τὰ μαθήματα. Vide Alcin. de doctr. Plat. c. XXXIV.

Ibid. D. 5. Κρίτωνα ποιήσασθαι. PETAV. De Critonis in Socratem liberalitate Diog. Laert. in vita Socratis: et Sui-

das. Sed de cavo fictili meminí me apud eundem Laert. non de Socrate, sed de Zenone legere.

Ibid. D. ult. *Οὔτε μισθὸς ἱκανός.* PETAV. Leviter depravatum locum emendaveris, si *ὅ, τε* leges.

P. 290. A. *Τοῦ τοιοῦδε Ἴκκον.* PETAV. Forte *τούτου δέ.* HARDUIN. Forte, *τούτου τοι οὐδέ.* PETAV. Icci vero meminit Plat. VIII. de Leg. quem ab fortitudine et temperantia praedicat: Herodici vero III. de Rep. his verbis: *Ἡρόδικος μὲν γὰρ παιδοτρίβης ὢν, καὶ νοσώδης γενόμενος, μίξας γυμναστικὴν ἰατρικῇ ἀπέκναισε πρῶτον μὲν καὶ μάλιστα ἑαυτὸν, ἔπειτα καὶ ἄλλους ὕστερον πολλούς.* Meminit et Aristot. I. Rhet. c. V.

Ibid. D. 4. *Οὗτος γὰρ οὐκ ἐμοί.* PETAV. De eo genere Auditorum scite admodum Sen. Epist. CVIII. *Non novimus quosdam, qui multis apud Philosophiam annis peresederint, et ne colorem quidem duxerint? Quidni noverim? Pertinacissimos quidem, et assiduos, quos ego non discipulos Philosophorum, sed inquilinos voco* etc.

Ibid. D. 5. *Τῷ βόθρῳ τῷ ἐμῷ καὶ τῷ δωματίῳ.* PETAV. Corr. *βάθρῳ. Δωμάτιον* vero hoc loco ut et Orat. I. pro Auditorio scholave sumitur hoc est, exhedra. Haec a Graecis *Λέσχη* dicitur; unde *λεσχηνῶται* discipuli in Epistola Anaxi- 520
menis ad Pythagoram apud Laert. Origo Hebraica vel Syriaca *Lescha, Cella.* Libro Neem. *Ην δὲ λέσχη* (quae alia, neque tamen dissimilis acceptio) *δημόσιον ἀθρόατον οἴκημα, ἔνθα οἱ ἐπαῖται συναγόμενοι ὡς λέχος τε αὐτὸ εἶχον, καὶ ἐλέσχαινον δὲ, ὅ ἐστι ὠμίλουν,* ait Eustat. ad haec verba Od. Σ.

χαλκήϊον εἰς δόμον ἐλθὼν,
Ἑέ που ἐς λέσχην,

Quae Hesiodus imitatur.

Πὰρ δ' ἴθι χαλκεῖον θῶκον, καὶ ἐπ' ἀλέᾳ λέσχην.

Eiusmodi *λέσχαι* sive Exhedrae in Palaestris Graeca consuetudine describuntur a Vitruvio lib. V. c. XI. *Exhedrae*, inquam, *spatiosae habentes sedes, in quibus Philosophi, Rhetores, reliquique qui studiis delectantur, sedentes disputare possint.* Vide Harpocrationem.

P. 291. A. 4. *Ἀκούσατε δέ.* PETAV. Leg. *ἠκούσατε.*

Ibid. B. 11. *Τραχηλιζόμενόν τε ῥᾳδίως.* PETAV. *Τραχηλίζεσθαι* fere est obtorto collo rapi trahique. Item in collum resupinari: quod vel alterius violentia, vel sponte et ex arte ab Athletis ac pugilibus fieri solet, dum ad eludendos ictus ac petitiones adversarii, caput huc illuc celeriter inflectunt, quod Graecis est *λυγίζειν*, hoc est, *στρέφειν, κάμπτειν, κινεῖν*, movere, flectere, laxare, et quodammodo

luxare. Gloss. Vet. *Luxum στέμμα, ἀγνισμός.* Corr. λυγισμός. Praeclare istud ipsum et graphice describit Statius lib. VI.

Sed providus astu
Et patria vigil arte Lacon hos reūcit ictus,
Hos cavet, interdum nutu, capitisque citati
Integer obsequio: manibus nunc obvia tela
Discutiens, instat gressu, vultuque recedit.

Tum paulo post.

Praecipitatque retro iuvenem, atque in terga supinat.

Hoc est, supinare se cogit, et τραχηλίζεσθαι.

Mox, *motu Spartanus acuto*
Mille cavet lapsus circum cava tempora mortes.

Belle hic τραχηλισμὸν circumscripsit his vocibus: *Nutu et citati capitis obsequio, motu acuto, resupinatione in terga.* Sic et Virg. V. Aen.

Abduxere retro longe capita ardua ab ictu.

Apollonius II. Argonaut.

ὁ δ' ἀΐξαντος ὑπέστη
Κρᾶτα παραχλίνας.

Haec paulo accuratius enucleanda fuerunt, quod ea τοῦ τραχηλίζεσθαι notio ac potestas parum in vocabularils exprimitur. Quae quidem ad hunc Themistii locum magnopere convenit. Siquidem adverbium ῥᾳδίως agilitatem quandam, ac versandi se in omnes partes facilitatem habilitatemque significari satis ostendit.

Ibid. C. 11. *Ἐν λόγῳ καλῷ.* PETAV. Pro καλῷ, ἀλλὰ scribendum conficio.

P. 292. A. 2. *Δαπανῶ μὲν γὰρ πυρούς.* PETAV. Nota
521 πυροὺς, hoc est, frumentum, e publico distributum aetate Themistii. Alioqui panes erogare non frumentum legitimum fuit. Quod cum illis temporibus negligentius observaretur, postea Honorii ac Theodosii Impp. decreto revocatum lib. XIV. Cod. Theod. Tit. VI. et lib. XI. Cod. Iust. Tit. XXIV. *Nulli ne Divinae quidem domui nostrae frumentum de horreis publicis pro annona penitus praebeatur: sed integer canon mancipibus consignetur, annona in pane cocto domibus exhibenda. Ita enim debet canon ab inclytae memoriae Constantino praestitus, nec non a Divo pietatis meae avo Theodosio auctus expendi* etc. Huius instituti auctorem fuisse Constantinum praeter hanc legem Zosimus, lib. II. testatur: μείνας δὲ, inquit, ἀπόλεμος, καὶ τρυφῇ τὸν βίον ἐκδοὺς διέτριβε τῷ Βυζαντίων δήμῳ σίτησιν δημοσίαν, ἣν ἄχρι τοῦδε διέμενεν ἔχων. Vide et lib. XIV. Cod. Theod. Tit. XVII. de Annona civili et pane gradili. Sed artium publicis professoribus constituta e fisco stipendia. Lib. XIII. Cod. Theod. Tit. III. Rhe-

ceribus XXIV, *annonarum e fisco emolumenta* donantur: *Grammaticis Latino vel Graeco XII.* At Treviris Rhetori XXX. Grammatico Latino XX. Graeco XII. praebentur Annonae.

Ibid. A. 2, *Ex καὶ τῶν σιτοφυλακίων.* PETAV. Delenda particula *καὶ*.

Ibid. A. 8. *Οσοι καλαμηφοροῦσιν.* PETAV. In huius explicatione loci mihi ipsi non satisfacio. Illud scio *ἑρκάνας* sive *ὁρκάνας* idem esse quod septa, hoc est *φραγμούς*, ut ex Aelio Dionysio interpretatur Eustath. ad Il. ξ. Scholiastes Theocr. ad Idyl. IV. ver. 61. *Μάνδρα* esse dicitur *ἡ τῶν προβάτων ὁρκάνη* caula pecorum. Sed nihil, opinor, ad hunc locum ea vocis potestas pertinet. *Ερκάνας* equidem libenter pro *ἐργαστηρίοις*, et officinis acceperim, in quibus artifices ac sellularii diluculo operi insistunt. Sed quorsum *καλαμηφοροῦντες*? An storearum textores, atque eiusmodi opifices designat? Sane ut coniecturae ac divinationi locus esse possit, pro *καλαμηφοροῦσιν*, rescripserim *θυλακοφοροῦσιν*, vel *κανοφοροῦσι*, aut aliquid ad eum modum. De sententia sic accipe. Dixi a Constantino Imperat. sancitum, ut in populum viritim panes distribuerentur. Id quod certis in locis, adeoque gradibus fieri consueverat, neve aliter distribuerentur, severissime sancitum Theod. Cod. loco proxime citato. Eiusmodi per XIV. Urbis regiones marmorei gradus fuere CXVII. unde et Gradilis panis. Neque vero dubium est, quin ut ne a turba diribitores opprimerentur, septis quibusdam circumdati essent gradus illi; quas fortassis *ὁρκάνας*, hoc est, *φραγμούς*, nominat Themistius. Proinde *οἱ θυλακοφοροῦντες ἐπὶ τὰς ἑρκάνας*, vilissimi erunt opifices, *ἀγοραῖοι* ac forensis turba, quod et Prudentius indicat lib. I. contra Symmachum:

Omnis qui celsa scandit coenacula vulgus,
Quique terit silicem variis discursibus atram,
Et quem panis alit gradibus dispensus ab altis.

Ibid. HARDUIN. Fuit *κάλαμος*, tesserae vice, quam Regiis Ministris offerre solerent ii, quibus annona ex publico debebatur: unde *καλαμηφορεῖν*, *tesseras ferre.* Quare facilis est et obvius satis huius loci intellectus: nihil ut immutari oporteat. Glossae Philoxeni: *Κάλαμος*, *tessera.* Datis scilicet tesseris distribuebantur panes in Urbe Constantinopolitana, non pauperibus modo, sed et honestioribus e populo: iis praesertim quibus aedes essent in Urbe propriae: et militaribus item viris. Erant illae tesserae aereae, aut malleo arte ductae: unde *δέλτοι σφυρήλατοι* dicuntur, quibus nempe incideretur et panis modus, et percipientis nomen: quod et in titulo aeneo ad Gradus ipsos appendi solito, factitatum innuit 522

lex V. Cod. Theod. Tit. XVII. de annonis civicis, tom. V. pag. 243. Distribuebantur autem panes ii in Gradibus, quos Themistius ἐρκάνας vocat, hoc est, *septa*, φραγμοὺς, pro qua voce ὀρκάνη est apud Hesychium: neque enim nudi gradus ii fuere, sed septa loca, ad quae per gradus ascenderetur: neque certo uno in loco, neque in foro universi, sed per urbis regiones sparsi: quo pertinet et illud Prudentii, l. II. adversus Symmachum, v. 948. ubi de annonae abundantia disserens:

Quae Regio Gradibus vacuis ieiunia dira
Sustinet?

In Urbe igitur Constantinopoli regiones omnino quatuordecim fuere: prima Gradus habuit quaternos: secunda totidem, tertia denos, quarta novem, septemdecim septima: ceterae deinde plures aut pauciores: ut omnium graduum summa ad centum et septem excurreret. Vide antiquam descriptionem Urbis CP. In his igitur gradibus, sive in eorum editiore loco ac tabulato, annona erat, panisque repositus: positique ibi qui distribuerent: singulis e populo viritim palam per gradus ascendentibus, atque in summo gradu annonam accipientibus: id quod veteres nummi egregie exhibent.

Ibid. B. 7. *Ὁπόσα ταῖς δέλτοις ἀκολουθεῖ.* PETAV. Codicillos intelligi dubium non est, quibus Magistratus, vel Magistratuum insignia atque ornamenta mandantur. Ac videri potest earumdem Tabularum sive Codicillorum meminisse etiam Orat. XVIII. his verbis. *Ἐγὼ μέντοι οὐκ ἐπ' ἐκείνῃ τῇ δέλτῳ, ἀλλ' ἐπ' ἄλλῃ μείζονι καὶ τελεωτέρᾳ, ᾗ καὶ τὰς δέλτους ἐκείνας ἥδη ἔχει ἐπ' ἐξουσίας.* (Deest θαῤῥῶ, vel eiusmodi quippiam) *ἣν οὐκ ἐποίησαν ἐλεφαντουργοὶ, οὐδὲ χρυσοχόοι, ἀλλὰ ποιημὰ ἔστιν αὐτοῦ Βασιλέως.* Verum longe hi posteriores a prioribus Codicillis discrepant. Etenim Orat. illa XVIII. de Codicillis loquitur, quibus Praefecturam urbis obtinuit, ut suo loco demonstrabitur. Hic autem de honorariis, quibus non Magistratus ullius functio, sed honor duntaxat dignitasque conceditur. Incidit tempus Orat. XVIII. in Themistii Praefecturam Urbanam, quam is affecta iam aetate sub Theodosio gessit, cum iam emeritus ac rude donatus profiteri olim desiisset, atque et in Senatorium ordinem cooptatus, et amplissimos honores consecutus esset. Hanc vero ipsam contra Sophistas habuit, cum adhuc Philosophiam doceret, aemulosque pateretur eiusdem scientiae professores, ut ex tota Oratione facile constat. Igitur priores hi Codicilli fuerunt, et quidem, ut statuimus, HONORARII. De quibus lib. VI. Cod. Theod. Tit. XXII. Cuiusmodi Codicillis Comitivae Ordinis primi dignitatem adepti sunt Grammatici, Sophistae,

Iurisconsulti, aliarumque Professores artium, qui ab amplis- 523
simo Ordine probati Constantinopoli XX. annos publice docuissent (Probari enim illos oportuit, nec privata id sibi auctoritate sumere, alioqui infamia notantur, lib. XI. Cod. Iust. Tit. XIX.) *Si laudabilem in se probis moribus vitam esse monstraverint, si docendi peritiam, facundiamque dicendi, interpretandi subtilitatem copiamque disserendi se habere patefecerint, et coetu amplissimo iudicante digni fuerint aestimati, qui in memorato Auditorio Professorum fungantur officio* (ait Theodosius lib. VI. Cod. Tit. XXI.) Qui locus plurimum ad ea quae sequuntur illustranda valet. Sane Themistius XX. se annos Constantinopoli mansisse narrat hac ipsa Oratione. Idem porro a Constantio Imperatore Praeturae insignibus nominatim ornatur, Tit. IV. ex quo ingentia illa commoda consequi se potuisse dicit. De quibus meminit Orat. II. p. 25. Ἐπεὶ καὶ νῦν τό γε ἐπ᾽ αὐτῷ μέρος τρυφῆς τινος ὀχετοὺς καὶ εὐπαθείας λαθών με ἐπαφῆκεν εἰς τὸ δωμάτιον οὗς ἐχὼ μόλις ἀπωκοδόμησα, καὶ ἀπέῤῥαξα.

Postremo σφυρηλάτους δέλτους appellat, quod aureae essent ac ductiles: nam infra δέλτον χρυσῆν nominat. At nescio an id ad Bullam auream referri oporteat, quibus eae literae insignitae fuerint. Unde χρυσόβουλλα apud recentiores Graeculos ex illa faece Constantinopolitani Imperii. Suavissimum vero est quod apud Suidam legitur, Κωδίκελλος, δέρμα προβάτου, quasi ἀπὸ τοῦ κωδίου derivetur.

Ibid. HARDUIN. Ad Codicillos quidem haec pertinent: nec tamen ad Honorarios: sed ad eos duntaxat codicillos et epistolas, seu libellos, ut Ammianus vocat, quibus ad Rationarium scriptis, stipendii ac salarii modum decernebat Imperator. Id enimvero plura confirmant. Primum, vox καταλόγου τῆς τρυφῆς, quae longam indicat annonae seriem a Principe concedi solitae: tum quod sugillat idem sordidum Sophistarum morem, qui cum cibaria impetrata consumere minime ipsi per se valerent, eorum saepe mallent a Procuratoribus accipere pretium, in quo definiendo saepe rixae exoriebantur, homine eo qui se Philosophiae addixisset, prorsus indignae.

Ibid. C. ult. Ἰσταιτεύει ταρίχη. PETAV. Deploratissimum hunc locum iamprídem ad Synesium emendavimus, ac tres in unam coaluisse voculas admonuimus. Legendum vero ἑστῶ τε ὕεια ταρίχη, hoc est, *salsamenta suillae carnis appendit*; quod illiberalium est sordium, eorumque proprium quos Graeci κνμινοπρίστας, et συκοπρίστας vocant, ac nisi fallor, etiam ματιοκόπτας. Quae vox Ammiano restituenda mihi videtur, libro XV. ubi Eusebio Ex Comite rei privatae cognomen ait

inditum Mattiocopae. Rescribendum forte *Matiocoptae*, vel *Matiocopo*. Est autem *μάτιον*, *τὸ ἐλάχιστον*. Quid si *ματιοκόπος* est *προνομέτρης*, hoc est, qui prae avaritia falso pondere alios circumscribit, et alteram in aequilibrio lancem impellit; unde et *καθόλου* ad sordidos quosque et rapaces translatum sit? Cuiusmodi homines *ματιολοιχοὶ* apud Aristophanem dicuntur in Nubibus, hoc est, ut explicant Scholia, et ex iis Suidas, *κρουσιμέτραι*. *μάτιον γὰρ εἶδος μέτρου. ἢ ὁ φειδωλὸς καὶ σμικρολόγος*. Ad eum igitur modum et *ματιοκόπος* est *ὁ τὰ μάτια κόπτων*. Ac quod ad vocem
524 *ματιολοιχὸς* attinet, cum et a *μάτιον*, quod est *exiguum*, et *λοχῶ*, hoc est, insidias struo, derivetur, a Criticis verisimile mihi fit *ματιολοιχοὺς* eos esse quos Latini *Cociones* vel *Coctiones*, sive *Arilatores* dixerunt. Sic enim Festus: *Arilator, qui etiam Cocio appellatur, dictus videtur a voce Graeca, quae est ἀῖρε, id est, tolle. Quia sequitur merces, ex quibus quid cadens lucelli possit tollere.*

Iam vero cum praeparet Sophistae *μικρολογίαν*, ac minimas sordes ita describit Themistius, ad Comici cuiuspiam *κωμῳδίαν καὶ διασκευὴν*, ut loquitur Dio Chrysost. alludere videtur, in qua pater familias aliquis triparcus ac restrictus inducitur: qualis in Aulularia est senex Euclio, et quem Theophrastus informat *Hϑ. χαρ.* cap. *περὶ μικρολογίας*. Hic igitur per sese vel vilissima quaeque, puta suillae carnis offas dispensat, et quidem ad pondus, atque ex omnibus pecuniam conficit. Libet et aliam quandam loci huius sententiam aperire, de qua mihi veniebat in mentem. Fieri enim potest, ut ad annonam publicam ista referantur, quam cum caeteris Sophista ille, quisquis est, accipiat. Ea porro non panibus modo, sed et carnibus, vino, oleoque aliquanto saltem tempore constitit. De ceteris quidem praeter vinum expedita ratio est. De vino haud ita multa scriptorum testimonia sunt. Nam et Aurelianus Imperator *statuerat*, ait Vopiscus, *vinum gratuitum populo Romano dare, ut quemadmodum oleum et panis et porcina gratuita praeberentur, sic etiam vinum daretur.* Sed a Praefecto Praetorio prohibitus est. Verum additum postea Constantinopoli vinum ab eius conditore Constantino, eamque munificentiam aliquandiu stetisse docet Suidas in voce *Παλατῖνοι*. *Εἶδος*, inquit, *ἄρτων, οὓς ἐφιλοτιμήσατο τῷ δήμῳ Κωνσταντῖνος ὁ μέγας, καϑ' ὃν ὑπάτευε χρόνον· οὕτως ὀνομάσας αὐτοὺς, οἷα ἐκ τοῦ Παλατίου χορηγουμένους. προσέϑηκε δὲ τούτοις καὶ κρέα, καὶ οἶνον, καὶ ἔλαιον. ὧν μέχρι τινὸς ἡ πόλις ἀπήλαυσε τῶν ὑπ' αὐτοῦ ῥιφέντων φέρουσα τὰ γνωρίσματα.* Quod si ita est, ut ea vini largitio propagata fuerit, nae huic loco mirifice quadrabit, quod

diximus: atque ita ταμίας interpretari licebit publicos dispensatores, quibuscum Sophista annonam aere permutet; qui etiam porcinam appendat, ut legitimum ab eis pondus exigat, nisi eam speciem adaerare libeat. Utcunque se res habet, negari non potest quin ex vestigiis corruptae dictionis verissimam lectionem odorati fuerimus.

Atque haec plurium in unum vocabulorum confusio infinitos in veterum monimentis errores propagavit, ut ad eosdem emendandos singulare sit in hac observatione Criticae praesidium constitutum. Nos eius rei periclitandae gratia ex innumeris sane locis quos in Adversaria nostra coniecimus, hic aliquot offeremus.

I. Atque ut insignem illum praetereamus qui supra est ad Orat. XXI. ex Plutarchi Sylla restitutus. Primum nobis idem Plutarchus suppeditabit in Romulo, Edit. novae Francofurt. pag. 18. ubi de Urbis Romae appellatione historiam quandam recensens: *Ἐν δὲ τῷ ποταμῷ*, ait inter cetera; *πλημμύραντι τῶν ἄλλων σκαφῶν διαφθαρέντων, ἐν ᾧ δὲ ἦσαν οἱ παῖδες εἰς μαλακὴν ἀποκλινθέντες ὄχθην ἀτρέμα, σωθέντας ἀπροσδοκήτως, ὀνομασθῆναι Ῥώμην.* Ubi *ὄνομα θεῖναι* 525
Ῥώμην haud dubie legendum est.

II. Vellem de altero tam certo asseverare possem, qui est in Uticensi Catone, Edit. eiusdem, pag. 764. Quo in loco de Catone Caepioni fratri iusta persolvente loquens. *Καὶ ταῦτα πράξαντος*, inquit, *αὐτοῦ, καὶ πράττοντος. ἦν ὁ γράψας ὅτι κοσκίνῳ τὴν τέφραν τοῦ νεκροῦ μετέβαλε, καὶ διήθησε χρυσίον ζητῶν κατακεκαυμένον. οὕτως οὐ τῷ ξίφει μόνον, ἀλλὰ καὶ τῷ γραφείῳ τὸν ἀνυπεύθυνον καὶ ἀνυπόδικον ἐπίστευεν.* Duo in hac periodo latere menda suspicor. Alterum in his vocibus, *καὶ πράττοντος*. Pro quibus *Καῖσαρ ὅμως* fortassis non absurde reposueris. Vel certe, *Καῖσαρ ἐν τῷ Ἀντικάτωνι ἔγραψε*. Alterum in articulo *τὸν*, cuius loco *ἑαυτὸν* collocandum est.

III. Sed multo luculentior, atque certior de altero eiusdem scriptoris loco coniectura nostra est; in Marcelli vita. Nam cum dixisset, Marcellum eum a quo tentata filii sui pudicitia foret, ad Senatum detulisse, ab eoque mulctatum fuisse corruptorem, mox ita subiungit, *καὶ χρήμασιν ἐζημίωσαν Καπετωλῖνον, ἐξ ὧν ὁ Μάρκελλος ἀργυραμοιβίαν ποιησάμενος τοῖς θεοῖς καθιέρωσε.* Hunc locum inextricabilem credidit Xylander. At ego levi mutatione veram ac perspicuam sententiam reddo. Nam pro *ἀργυραμοιβίαν* corrig. *ἀργυρᾶ λοιβεῖα*. Hoc est, vasa, quibus ad libandum diis utebantur. Quorum in triumpho Pauli Aemilii meminit.

IV. Quartum iis addo ex eodem Plutarch. Opusc. *περὶ*

πολυφ. Ubi cum dixisset, difficile admodum esse probare brevi aliquo temporis spatio servos, remiges, paedagogos, infert: μήτι γε φίλους πολλοὺς εἰσάγων ἁπάσῃ τύχῃ συναποδυσομένους. Lego, εἰς ἀγῶνα πάσῃ.

V. Locus ex Ciceronis Ep. ad Att. lib. V. Ep. XIV. Ubi ita scriptum est. *Παραπλευτέον igitur, et occulte in aliquam onerariam corrependum*, pro quo Bosius haud satis expedite πάρωρα ὁπλητέον. Si quid emendandum sit, lego ἄραρε. πλευστέον, vel ἰτέον.

VI. Ex Ammiani L. XXIII. arcessendus est, sub finem; ubi de Persarum moribus disputans inter caetera. *Nec ministranti apud eos famulo, mensaeque astanti hiscere vel loqui licet, vel spuere. Ita prostratis pellibus labra omnium vinciuntur.* Lego *pro strati pellibus*, hoc est, ante pelles et stragula quae ad accubitum insternuntur, quod idem est atque ante mensas.

VII. E Cypriani Ep. XXVI. petendus est, sive potius ex Ep. Confessorum ad Cyprianum, in qua haec leguntur: *Quid enim gloriosius, quidve felicius ulli hominum poterit ex Divina dignatione contingere, quam inter ipsos carnifices interitum confiteri Dominum Deum?* Corrig. *inter ictus.*

Postremus nobis ex Pliniana historia prometur lib. XI. c. 16. ubi de apum ore disputans: *id quod exclusum est*, ait, *primum vermiculus videtur, candidus, iacens transversus, adhaerensque ita ut pascere videatur.* Quae postrema verba intelligit, opinor, nemo. Corrigo itaque, *ut pars cerae videatur.* Sed hactenus, ex criticae huius instituto, non poenitendo tamen errore, ad haec diverticula defleximus.

HARDUIN. *Οστις οὖν φιλοσοφίας μεταποιούμενος, καὶ τοῦτο τοὔνομα ἕλκων τε καὶ ἀναγκάζων, ἱσταιτεύει ταρίχῃ, καὶ ζυγομαχεῖ τοῖς ταμίαις, τὸν οἶνον καὶ τὰ ὄψα ἀπαργυρίζων· οὗτος ψεύδεται μὲν τὸ τριβώνιον, ἄττει δὲ ἐπὶ τὴν ζώνην καὶ τὴν χλαμύδα* etc. *Quare qui Philosophiam profitetur, atque istud nomen ubique trahens atque obtrudens,*
526 *interim salsamenta suillae carnis appendit, et cum dispensatoribus rixatur, vinum atque annonam adaerans, hic et pallium ementitur, et ad cingulum ac chlamydem convolat, et arma ferentibus militibus multo est importunior.* Porcinam militibus, aliisque, quibus annona erogaretur, dividi solitam hic locus significat: contentionesque deinde ortas inter milites ac susceptores de porcinae pondere ac bonitate. Quibus quidem rixis occurrit lege lata Constantius Imp. L. VII. Cod. Theod. Tit. III. de erogatione militaris annonae, lege II. *Cum militibus . . . laridum, vel recens forsitan caro deinceps*

erogabitur, ungulas, oriaque tantummodo summitatem praecidi amputarique praecipimus: ne porcina integra separetur, sed erogationi proficiat annonariae. Expetebant scilicet milites opimam sibi suillae carnis partem appendi: his summitatem tantum oris et ungulas dari Augustus edicto cavit.

Ibid. *Καὶ ζυγομαχεῖ τοῖς ταμίαις.* PETAV. Quod Graeci *στραγγεύεσθαι* vocant, nostri *barguigner*, ut ad Athenaeum Casaub. notat. Hesychius: *στραγγεύεται, διατρίβει.*

Ibid. D. 2. *Ἀττει δὲ ἐπὶ τὴν ζώνην.* PETAV. Zona et chlamys militum propria lib. XIV. Cod. Theod. Tit. X. *Sine exceptione temporis matutini duntaxat intra moenia constitutus nullus Senatorum habitum sibi vendicet militarem. Sed chlamydis terrore deposito quieta coloborum ac penularum induat vestimenta.*

Ibid. D. 6. *Οἷς σιτοδοτεῖ ὁ βασιλεύς.* PETAV. Proprie dixit *τοὺς οἰκήτορας τῆς πόλεως.* Etenim annona duntaxat iis attributa qui in Urbe domos haberent. Lib. XIV. Cod. Theod. Tit. XVII. Quibus venditis, panes earum penes se retinere prohibitum fuit. Neque vero pagani ac cives solum, sed et milites illius participes fuerunt, qui quidem *aedificandi studio magnitudinem Urbis augerent*, ut Impp. loquuntur. *Ut hi tantum qui domus habent, deputata suo nomini commoda consequantur.* Atqui Noster distributam negat in milites annonam. An pro *οὐ* scribendum *καί*? An vulgus militum, qui scilicet aedibus carerent, intellexit? Quibus tamen peculiarem atque a Civica diversam constitutam par est credere. Eod. Tit. L. VII. *Siquidem iustum est, ut in perpetuum suum quisque detineat, et per succedaneas vices proprius Ordo teneat, ut Palatinus Palatini, miles vero militaris, popularem annonam popularis exposcat: nec alterum alterius sibi expetens diversorum ordinum valeat miscere rationem.* Ubi forte leg. *Nec alterius alter ius* etc. Proinde triplex annona Constantinopoli fuit, Palatina, (cuius meminit Suid.) Militaris, et Civica. Milites vero, qui in Urbe domus haberent, duplici annona gaudebant. Caeteri sua duntaxat ac propria. De Annonae militaris ordinatione a Theodosio facta scribit Zosim. lib. IV. ubi optimi Imp. famam gladiatorio stylo persequitur.

P. 293. A. *Εἴτις διάγει ἐῴην.* PETAV. Aut *ἐῴη* rescribe, aut *ἐῴμην*, ita ut particula *τις* deleatur.

Ibid. A. 4. *Ἀκεῖσθαι τῶν ἀνδραπόδων.* PETAV. Conturbat *ἀνδραπόδων* illud, et expungendum videtur. Nisi forte usque adeo se Themistius abiicit, ut eo sit victu contentus, quo mancipia famem propulsant.

527 Ibid. A. 6. *Οὐξοδαπὰν τῷ τριβωνίῳ.* PETAV. Scribe *τοὐξοδαπὸν*, HARDUIN. vel *οὐ ξυναπαδόν.*

Ibid. A. 8. *Οὐ τὰ αὐτὰ ἐφρόνουν.* PETAV. Pro *οὐ* placet *ὅτι.*

Ibid. C. 3. *Τοῖς νεωνήτοις τὰ καταχύσματα.* PETAV. Quid sint *καταχύσματα*, docent Critici Graeci. Horum princeps Hesych. *Καταχύσματα τραγήματα· ἔθος γὰρ εἶχον κατὰ τῆς κεφαλῆς κάρυα, καὶ ἰσχάδας κατιχεῖν τῶν νέων ἢ τῶν δούλων περὶ τὴν ἑστίαν καθισάντων. κατεχεῖτο δὲ καὶ τοῦ νυμφίου.* Ubi pro *τῶν νέων, ἢ τῶν δούλων*, corr. *νεωνήτων.* Quo eodem errore Suidae codices laborant. Apud quem pluribus eadem illa declarantur, et Aristoph. Schol. in Pluto. Sed ubique *καταχύματα* scribitur. *Καταχύματα* vero etiam Gloss. Vet. habent. *Καταχύματα, profusio.*

Ibid. C. 7. *Τριάκοντα χοινιξιν.* HARDUIN. *Χοῖνιξ* Hesychio, Laertio in Pythag. Palladio, et Suidae, diurnum cibarium est. Dimensum vocat Comicus in Phormione.

Quod ille unciatim vix de dimenso comparsit miser.

Quatuor sextariis Rhemnius Fannius (sive is Rhemnius Palaemon est, aut Priscianus) choenicem definit:

Heminas recipit geminas sextarius unus,
Qui quater assumptus Graeco fit nomine choenix.

Ibid. D. *Καὶ ἀριθμοῦ.* PETAV. Emendo, *ἀριθμοὺς*, vel *ἀριθμητικήν.*

Ibid. D. 2. *Ος οἰκουρεῖ.* HARDUIN. Recte Henr. Steph. *οἰκοφθορεῖ* melius fore monuit, quam *οἰκουρεῖ.*

Ibid. D. 5. *Καταπροῖσχονται αὐταῖς.* PETAV. Vera lectio, quam et agnoscit Henricus Steph. est *κἄτα προῖσχονται.* Mox, *βίον δὲ χρήζοντες* repone.

P. 294. A. 6. *Αποχρώμενος Καλλίᾳ.* PETAV. De Laccopluto Callia Suidas. Apud Platonem Alcib. I. Callias quidam commemoratur Calliadae filius cum Pythodoro, *ὧν ἑκάτερος Ζήνωνι ἑκατὸν μνᾶς τελέσας σοφός τε, καὶ ἐλλόγιμος γέγονεν.* Sed alius hic a nostro esse debet.

Ibid. A. 9. *Οὐδὲ ὑπερβάλλων τοὺς σιναμωρίους.* PETAV. Si sana haec lectio est: Primum *σιναμώρους* legendum erit. Tum is esse sensus poterit: Neminem se inter discipulos habere suos, qui *σιναμώρους* illos superet, hoc est, qui profusus sit, perinde ut Callias iste. Qui haud scio an idem cum eo sit, quem non modo ob divitias, verum etiam ob luxum traduxere Comici, quique rem omnem domesticam nepotinis sumptibus helluatus dicitur. Hoc enim *σινάμωρος* Graecis Criticis significat, et apud Herod. Terpsich. Porro apud Hesychium, et Etym. per o scribitur, Suidae et aliis per ω.

P. 295. A. 9. *Ἐν φυλακῇ ποιουμένου*, cum diligenter

servarem. HARDUIN. Malim ita vertere: *Cum includerem in custodiam, in carcerem.*

Ibid. B. 6. *Τοῦ Χαλκιδέως πρεσβύτου.* PETAV. Iamblichi, qui Chalcidensis fuit.

Ibid. B. ult. *Οὗτος ὁ ἀνήρ.* HARDUIN. Existimo hic sermonem esse de Celso, in quo illud idem audiendi Themistii studium laudat Libanius Ep. XXVI. lib. II. edit. Paris. Feder, Morelli.

Ibid. C. 3. *Ἀξιοθέᾳ τῇ φιλοσόφῳ.* PETAV. De Axiothea Laertius in Platone: quam ait Phliasiam fuisse, et virili 528
usam veste, Platoni operam dedisse.

Ibid. D. 3. *Ὅτι αὐτὸν ἦ Σωκράτους.* PETAV. Idem Laert. in eius vita, perlecto Xenophontis Comment. II. oblectatum ad Cratem audiendum contulisse sese memorat.

P. 296. A. 6. *Επιστεύσατε, ὦ ἄνδρες.* PETAV. Rectius est *πιστεύσατε.*

Ibid. C. *Ξυνέγραψε Πολυκράτης.* PETAV. Diog. Laert. et Suidas.

Ibid. D. 6. *Δαιδάλου ἔργα.* PETAV. Plato Eutyph. *Τοῦ ἡμετέρου προγόνου, ὦ Εὐθύφρον, ἔοικεν εἶναι Δαιδάλου τὰ ὑπό σου λεγόμενα.* MOX. *ὡς ἄρα καὶ ἐμοὶ κατὰ τὴν ἐκείνου συγγένειαν τὰ ἐν τοῖς λόγοις ἔργα ἀποδιδράσκει, καὶ οὐκ ἐθέλει μένειν ὅπου ἄν τις αὐτὰ θῇ* etc.

P. 297. D. ult. *Σαράμβου, καὶ Θεαρίωνος.* PETAV. Horum meminit in Gorgia Plato. *Θεαρίων,* ait, *ὁ ἀρτοποιὸς, καὶ Μίθαικος ὁ τὴν ὀψοποιΐαν συγγεγραφὼς τὴν Σικελικὴν, καὶ Σάραμβος ὁ κάπηλος· ὅτι οὗτοι θαυμάσιοι γεγόνασι σωμάτων θεραπευταὶ, ὁ μὲν ἄρτους θαυμαστοὺς κατασκευάζων, ὁ δὲ ὄψον, ὁ δὲ οἶνον.* Aristides Orat. *ὑπὲρ τῶν τεσσάρων. Ἡ που σοι Μίθαικος ὁ τὴν Σικελικὴν ὀψοποιΐαν συγγεγραφὼς, ἢ Σάραμβος ὁ κάπηλος (νῦν γὰρ ἀνεμνήσθην τοὔνομα) ταῦτα συγγράψασθαι δοκεῖ;* Athen. lib. III.

P. 298. B. *Οὐ τὰ ἀρχαῖα Μέγαρα.* PETAV. Nam a Megarensibus conditum est Byzantium: ut indicat Stephanus de Urbibus. Apud quem et Oraculum est de futura Urbis felicitate. Vide Strab. lib. VII.

Ibid. B. 9. *Εν εἴκοσιν ὀλίγοις ἐνιαυτοῖς.* PETAV. Sic eum locum interpretatus sum, quasi ὅλοις esset, quod *ὀλίγοις* anteponendum est.

Ibid. D. 6. *Επίκουρον τῷ ἔρωτι τὸν μέγαν παρακαλεῖν βασιλέα.* HARDUIN. Gratianum, qui Themistio Romanae peregrinationis auctor fuit, ut ipse testatur Orat. XXXI.

P. 297. B. 5. *Πλάτων.* HARDUIN. In Sophista, tom. I. pag. 223. et L. II. de Repub. p. 371. tom. II.

Ibid. D. 5. *Λάμπης ὁ Αἰγινήτης.* HARDUIN. Forte,

Λαμπὶς ὁ ναυκληρικὸς, de quo Plutarchus in Opusc. An senī sit gerenda Respub. pag. 787. qui rogatus a quodam qua arte divitias comparasset: Magnas, inquit, haud aegre; parvas cum aerumna et tarde.

Pag. 299. B. 4. *Ὑπὲρ τῶν Δημοσθένους.* PETAV. Corrig. *οἱ ὑπέρ.*

Ibid. D. *Φρονοῦσα ὑπὲρ ὧν λέγει.* PETAV. Ab iis verbis quae ad finem usque sequuntur, fragmentum sunt alterius operis, in quo de Philosophiae natura ac definitione disputabat: quod perperam cum superioribus connexum, asteriscis separandum duximus.

P. 300. B. 2. *Καὶ πᾶσι σκευάζειν τοῖς δεομένοις.* HARDUIN. Eruditus interpres sic reddidit: *Iis qui opus habeant, omnibus idonea est.* Nos sic commodius reddi putamus oportere: *et rebus quibus indigent, omnibus instruere.*

Ibid. B. 10. *Ἁρμονίδης.* HARDUIN. Iliad. ε'. v. 60.

Τέκτονος υἱὸν
Ἁρμονίδεω, ὃς χερσὶν ἐπίστατο δαίδαλα πάντα
Τεύχειν, ἔξοχα γάρ μιν ἐφίλατο Παλλὰς Ἀθήνη.
Ὃς καὶ Ἀλεξάνδρῳ τεκτήνατο νῆας ἔΐσας.

PETAV. Philosophiae cum Eloquentiae lepore ac venustate consortium ac consensionem mutuam hac Oratione demonstrat: quae duo ubi semel coniuncta copulataque fuerint, concentu quodam admirabili permulcent: seiuncta vero ac separata, ab audientium voluptate atque animis abhorrent: Tum ad amorem studiumque sapientiae Nicomedienses vicissim exstimulat.

P. 300. D. antepenult. *Οὐ φαύλως.* PETAV. Forte *φαῦλοι.*

P. 301. A. 6. *Μὴ δὴ οὖν καὶ ὑμεῖς.* PETAV. Eodem fere modo Synes. Orat. de Regno est exorsus.

Ibid. B. 5. *Οἱ δὲ Ἀσσύριον.* PETAV. Psalmodiam, ac Musicam in Ecclesia modulationem, ut opinor, innuit. Sic enim appellare amat *Ἀσσύριον μέλος* pro Hebraeo.

Ibid. B. 7. *Τοιόντε προσδοκῶντες.* PETAV. Scribe *τοιόνδέ τι.*

Ibid. C. ult. *Ἔξεστιν αὐτοὺς ἐκ τοῦ πατρός.* PETAV. Occurrit et alia interpretandi ratio, quam quae in contextum ipsum recepta. Videlicet, *per Parentem iis licet*, vel *hoc a patre ius obtinent.*

P. 302. A. *Καὶ ψυχὴν τοίνυν.* PETAV. Plinius iunior lib. VIII. Ep. XXI. *Ut in vita, sic in studiis pulcherrimum et humanissimum existimo severitatem comitatemque miscere: ne illa in tristitiam, haec in petulantiam procedat.* Seneca ad eam mentem diserte, L. de Tranq. Sed et Synesius Dione, et initio orat. de Regno.

Ibid. A. 6. *Προσμειδιῶσί τε ὑμᾶς.* HARDUIN. Forte, *προσμειδιῶσί τε ὑμῖν*, vel *ὁρῶντες ὑμᾶς.*

Ibid. B. 5. *Τοὺς σοφωτέρους μιμητέον.* PETAV. Lucretius lib. IV.

Nam veluti pueris absinthia tetra medentes
Cum dare conantur, prius oras pocula circum
Contingunt mellis dulci flavoque liquore:
Ut puerorum aetas improvida ludificetur
Labrorum tenus: interea perpotet amarum
Absinthi laticem, deceptaque non capiatur,
Sed potius tali facto recreata valescat.

P. 303. B. 6. *ὑπογράφουσι τῶν εἰκόνων.* PETAV. Ab imperito quopiam glossema istud adnotatum frustra in contextu locum habuit. Delendum igitur *τῶν εἰκόνων.*

Ibid. C. 5. *Ἐρωτα αὐτόν.* HARDUIN. Melius, *αὐτῶν.*

Ibid. D. 2. *Πολέμων Ἀττικός.* PETAV. Diog. Laert. in Polemone.

P. 304. C. 7. *Οὔτε φιλόχρυσοι.* PETAV. Deest *γὰρ.*

P. 305. A. 3. *Οὔπω γὰρ εἶχε.* PETAV. Sidon. Carmine IX. ad Magnum Felicem.

Non sortes Lyciasque, Caeritumque
Responsa, aut Themidis priora Delphis.

Lucanus libro V.

Ultor ibi expulsae premerent cum viscera partus
Matris adhuc rudibus Paean Pythona sagittis 530
Explicuit, cum regna Themis, tripodasque teneret!

Ibid. B. 5. *Οὕτω δὴ κάει.* PETAV. Cicero III. de Natura Deor. ex Venere Dione et Iovis filia, et Marte, natum scribit Anterotem. De quo Pausanias Atticis.

Ibid. C. ult. *Τῇ παραδόξῳ ταύτῃ.* PETAV. Sita est Nicomedia in Astaceno sinu, quae Propontidis pars est, auctore Strabone lib. XII. Plin. lib. V. Itaque per mare illud ingens, Propontidem et Euxinum Pontum intelligo.

Ibid. D. 7. *Ταυτησὶ τῆς προσοίκου.* PETAV. Ascaniae paludis. De qua Strabo XVI. Plin. Ptolem. Vide et Plin. iun. lib. X. Epist.

Ibid. D. penult. *Τὴν Μαιῶτιν λίμνην.* PETAV. At Strabo L. V. illius *περίμετρον* esse ait, *ἐννεακισχιλίων στadίων, ἢ μικρῷ πλειόνων.* Polybius vero L. IV. ait esse *ὀκτακισχιλίων*

σταδίων τὴν περιφερῆ. De qua et huius accolis Dionys. de situ orbis.

Τοῦ καὶ πρὸς Βορέην Μαιώτιδος ὕδατα λίμνης
Ἐγκέχυται. τῇ μέν τε πέρι Σκύθαι ἀμφινέμονται
Ἄνδρες ἀπειρέσιοι. καλέουσι δὲ μητέρα Πόντου·
Ἐκ τῆς γὰρ Πόντοιο τὸ μυρίον ἔλκεται ὕδωρ.

P. 306. B. 4. *Περιεργαζόμενος κόσμον.* PETAV. Forte, *περιεργαζομένῳ.*

Ibid. B. 8. *Φησιν Ομηρος.* HARDUIN. Odyss. Θ'. v. 280.

Ibid. B. ult. *Οἵαν ἐγώ ποτε εἶδον.* PETAV. Leg. *τῶν Περσικῶν τινὸς βασιλέων.* Ad hunc locum facit quod Dio Chrysost. scribit Orat. XIV. *Τοιγαροῦν ὁ Περσῶν βασιλεὺς ὅπως μὲν ἕξει μόνος ὀρθὴν τὴν τιάραν, ἐφρόντιζεν, καὶ εἴ τις ἄλλος τοῦτο ἐποίησεν, εὐθὺς ἐκέλευσεν ἀποθνήσκειν αὐτόν. ὡς οὐκ ἐνὸν, οὐδὲ συμφέρον ἐν τοσαύταις μυριάσιν ἀνθρώπων δύο εἶναι φοροῦντας τιάρας. ὅπως δὲ τὴν γνώμην ὀρθὴν ἕξει καὶ μηδεὶς ἄλλος φρονήσει αὐτοῦ σοφώτερος, οὐδὲν αὐτῷ ἔμελεν.*

Ibid. C. 6. *Ομως κἂν ταύτης.* PETAV. Leg. *κἀκ ταύτης*, perspicuo sensu.

Ibid. C. ult. *Α βούλεται.* PETAV. Supervacuum est quod sequitur verbum *ἐθέλει.*

Ibid. D. 4. *Καὶ οὔτ' ἂν ἄνδρα.* PETAV. Sapienter admodum Seneca Epist. LXXVI. *Hoc laboramus errore: sic nobis imponitur, quod neminem aestimamus eo quod est: sed adiicimus illi et ea quibus adornatus est. Atqui cum velis veram hominis aestimationem inire, et scire qualis sit, nudum inspice. Ponat patrimonium, ponat honores, et alia fortunae mendacia: corpus ipsum exuat; animum intuere qualis quantusque sit, qlieno an suo magnus* etc.

P. 307. A. *Οὔτε εἰ πολλῷ στενότερος.* PETAV. Quid ad sinus maris commendationem angustiae faciant non video. Vix est ut vox illa *στενότερος* sincera sit, et pro ea tamen quid reponam haud satis expedire queo.

Ibid. A. 3. *Οὔτε εἰ Σαγγάριος.* PETAV. Stephan. de Urbibus: *ποταμὸς*, ait, *τῆς κάτω Φρυγίας.* Strabo lib. XII. paulo plus CCC. stadiis abesse a Nicomedia scribit Sangarium
531 fluvium. Livius lib. XXXVII. *Sangarius ex Adoreo monte per Phrygiam fluens, miscetur ad Bithyniam Tymbroti fluvio. Inde maior iam geminatis aquis per Bithyniam fertur, et in Propontidem sese effundit, non tamen tam magnitudine memorabilis, quam quod piscium accolis ingentem vim praebet.* Hunc iocirco locum protuli, ut iudicare Lector posset, ecquid apud Themist. pro *σίτου*, *ἰχθύων* rescribendum sit. Certe quidem frumentum fluvii non ferunt. Sed hic locus mirum in

modum depravatus est, et mutilus. Nam ante Σωκράτην desunt, ut opinor, quamplurima. HARDUIN. Suppleri possunt ea, ut arbitramur, his voculis: φρόνησις δὲ καὶ ἀρετὴ κατὰ Σωκράτην, κῦδός ἐστι μὲν etc.

Ibid. A. 7. *Καὶ οἰκίας πεπαμμένον.* PETAV. Aliquoties eo verbo ac tempore usus est. Pro quo πεπαμένον legerem a πέπαμαι, ut est apud Hesych. nisi etiam πολυπάμμων inde formari comperissem.

Ibid. A. ult. *Τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον.* PETAV. Dio Chrysost. Orat. LXXIX. eleganter hunc locum tractat.

Ibid. B. 6. *Μᾶλλον δὲ πολεμοποιῶν.* PETAV. Recte πολεμοποιοὺς, id est, bella concitantes Equos illos vocat; ob seditiones, ac rixas, quae ex contrariis factionum studiis ortae mutua in vulnera caedesque redundabant. Hoc cum ab aliis Scriptoribus, praesertim Christianis notatum, tum ab Tertul. graviter reprehensum lib. de Spect. cap. XVI. his verbis. *Cum ergo furor interdicitur nobis, ab omni Spectaculo auferimur, etiam a Circo, ubi proprie furor praesidet. Aspice populum ad id spectaculum iam cum furore venientem, iam tumultuosum, iam potum, iam de sponsionibus concitatum. Tardus est illi Praetor, semper oculi in urna eius cum sortibus volutantur. Dehinc ad signum anxii pendent, cuius dementiae vox est* etc. Tum deinde. *Ex eo itaque itur in funus, et animos, et discordias. Inde maledicta, convicia sine iustitia, odii etiam suffragia, sine merito amoris.* In vet. inscriptione mentio extat *Medici Factionis Russatae.* Nimirum quod sine sanguine ea certamina non fierent.

Ibid. C. 2. *Πόλις δ' ὁμοῦ μέν.* PETAV. Soph. Oedipo Tyranno. Citantur et ab Aristotele in Rhetor.

Ibid. C. 5. *Ἀλλὰ Φωκυλίδης.* PETAV. Phocylidis versus laudantur a Dione Chrys. Orat. XXXVI.

Καὶ τόδε Φωκυλίδου. Πόλις ἐν σκοπέλῳ κατὰ κόσμον
Οἰκέουσα σμικρὴ κρείσσων Νίνου ἀφραινούσης.

Ex quo et hic Themistii locus obiter emaculandus, ut ἀφραινούσης pro ἀφρονούσης legatur. De Nino idem meminit Orat. LXII.

P. 308. A. 4. *Οἷον ἐν ζάλῃ κονιορτοῦ.* PETAV. Sumptum id ex Plat. VI. de Rep.

Ibid. A. 8. *Καὶ φραγνυμένης ἕρκει.* PETAV. Seneca Epist. LXXXII. *Philosophia circumdanda est, inexpugnabilis murus, quem fortuna multis machinis lacessitum non transit. In insuperabili loco stat animus, qui externa deseruit, et arce se sua vindicat, infra illum omne telum cadit.*

Ibid. B. 4. *Ὅμηρος.* Iliad. η'. v. 452.

Ibid. B. 10. *Καὶ συνήσει καμψουμένῳ.* PETAV. Forte *συνησθήσεται.*

Ibid. C. 5. *Ὥστε καὶ σήαιον ἰμάντα.* PETAV. Leg. σειραῖον. Homerus Il. Θ'. Nestoris equum ait lethaliter vulneratum fuisse. Ob idque, larum, quo is alligatus erat, praecidisse.

532

Ὀφρ' ὃ γέρων ἵπποιο παρηορίας ἀπέτεμνε.

Παρηορίη enim et *σειραῖος ἱμὰς* synonyma sunt: ut *παρήορος* et *σειραφόρος*, seu *παράσειρος*. Olim quadrigae, ut id obiter declarem, iunctos *ἐκ παραλλήλου* equos habebant quatuor, ut ex quadrigatis Denariis apparet, non ut in nostris duo praeeunt, totidem sequuntur; ex iis duo subiuges erant *ζύγιοι*, medii scilicet, quorum latera duo cingebant *σειραφόροι*; seu *παράσειροι*, qui et helciarii dicti. Quorum unus *δεξιόσειρος* dictus Hesych. *Σειραφόρον ἡγεμονικόν. μετῆκται δὲ ἀπὸ τῶν δεξιοσείρων ἵππων:* Alter *ἀριστερός*. Insignis ea de re Sophoclis in Electra locus est, qui ex eiusmodi observatione lucem accipit. Ibi enim in curruli certamine describendo Orestem ait cum ad metas accederet, solerter equos suos flexisse.

Κεῖνος δ' ὑπ' αὐτὴν ἐσχάτην στήλην ἔχων
Ἐκρίμπτετ' ἀεὶ σύριγγα. δεξιὸν τ' ἀνεὶς
Σειραῖον ἵππον, εἶργε τὸν προσκείμενον.

Ad haec Scholiast. *Σειραῖον ἵππον. Τὸν ἔξω τοῦ ζυγοῦ, τὸν δεξιὸν, προσκείμενον δὲ τῷ καμπτῆρι ἀριστερόν.* Nam dexteriori equo laxandae erant habenae, sinisterioris inhibendae, ne ad metas axem illideret. Erat enim equus hic *προσκείμενος τῷ καμπτῆρι.* Cave autem ne te in errorem inducat Suidas, apud quem ita legitur: *Σειραῖος ἵππος ὁ ἔξω τοῦ ζυγοῦ, ὁ δεξιός. Δεξιόν τ' ἀνεὶς Σειραῖον ἵππον εἶργε τὸν προσκείμενον. τουτέστι τῷ καμπτῆρι ἀριστερόν.* Quae verba ex scholiis Sophocleis incondite, uti solet, transtulit: adeo ut *σειραῖος ἵππος* videatur esse solum *ὁ δεξιὸς*: quod absurdum est. Tam enim sinisteriori quam dextro vox ista convenit. *Προσκείμενος* porro dicitur a Sophocle sinister non dextri comparatione, sed metae, et *καμπτῆρος*, uti adnotant Scholia.

Ibid. C. penult. *Τὴν μελίαν ἐκείνου.* PETAV. Forte *ἐκείνην.*

Ibid. D. 3. *Οὐδὲν πάνυ προσῆκε.* PETAV. Scrib. *προσεῖχε.*

Ibid. D. penult. *Ὡς οὔτε γονέων.* PETAV. Synesius ad Arcad. *Ὅτε ἀσθένειαν ἐγὼ πρὸς δύναμιν ἐξετάζω, καὶ πενίαν πρὸς πλοῦτον, καὶ τὰς ἐν ἅπασι μειονεξίας πρὸς τὰς ἐν ἅπασι πλεονεξίας, εἰ δίχα φρονήσεως καθαραὶ πρὸς ἀλλήλας κρίνοιντο, πενία τε, καὶ ἀδυναμία, καὶ βίος ἰδιώτης, ἀντὶ τῆς*

μεγίστης ἡγεμονίας εὐτυχέστερος παρεῖναι τοῖς ἥκιστα ἐπηβόλοις νοῦ καὶ φρονήσεως.

P. 309. A. 7. *Ἐκ τῆς ἑτέρας ποιήσεως.* PETAV. Odyssea scilicet.

Ibid. B. ult. *Ἦεν ὥστε λέων.* HARDUIN. Odyss. ζ'. v. 130.

Βῆ δ' ἴμεν ὥστε λέων ὀρεσίτροφος, ἀλκὶ πεποιθώς.

AD ORATIONEM XXV. NOTAE.

PETAV. Interpellatus a Principe viro Themistius, ut ex tempore diceret, brevi se oratiuncula excusat. In qua sculptorum insignium exemplo, vetera, ad sui periculum, opera contuenda potius, quam nova tumultuarie cudenda demonstrat. Praesertim cum citra cogitationem meditationemque, atque insubide dicere, non sapientis hominis, sed vani alicuius, 533
atque arrogantis Sophistae sit proprium. Merito itaque admiratur apud Ciceronem in II. libro de Orat. Antonius, *hominem imprimis disertum, atque eruditum Philippum, qui ita soleret ad dicendum surgere, ut quod primum verbum habiturus esset, nesciret, et diceret idem, cum brachium concalefecisset, tum se solere pugnare.* Vide Plut. Tract. *περὶ παίδων ἀγω.*

P. 309. D. antepenult. *Μορφὴν ἐπιδείξασθαι.* PETAV. Quintil. lib. II. cap. X. *Phidias Diis quam hominibus efficiendis melior artifex, in ebore vero longe citra aemulum, vel si nihil nisi Minervam Athenis, aut Olympium in Elide Iovem fecisset. Cuius pulchritudo adiecisse etiam receptae religioni videtur: adeo maiestas operis Deum aequavit.*

P. 310. C. 6. *Οἱ δαιμόνιοι σοφισταί. Miselli Sophistae.* HARDUIN. Quid si ita reddatur hic locus: *ut felicioris ac prope divini ingenii admirandi illi Sophistae solent, qui ea praestant quibus efficiendis imparem esse me profiteor.* Ita certe Cresolius noster lib. III. Theatri Rhet. c. XI. Quin ipse Themistius in simili plane argumento, orat. XXVII. p. 332. *Οὐ γὰρ*, inquit, *οὕτως εἰμὶ σοφὸς, οὐδὲ εὔπορος, ὥσπερ οἱ μακάριοι σοφισταί.*

AD ORATIONEM XXVI. NOTAE.

PETAV. Quod novum atque inusitatum haetenus videbatur, Themistium virum gravem, ac professione Philosophum, Sophisticum in morem coetus hominum ac conventus habere, coramque multitudine in Theatro declamitare, multorum ob id in sermones atque invidiam incurrit. Quare non semel factum illud suum excusare conatus est, seque ab eo grege atque infamia vindicare. Hinc omnis illa priori in Oratione de Philosopho disputatio, aliaque item in XXIII. de Sophistarum notis, atque indiciis. Cuiusmodi et haec ipsa est, quam nos in vetussimo Codice, inter Demosthenis, Libanii, ac Synesii scripta tumultuarie collocatam reperimus. Quem nobis Codicem vir eruditus, atque amicus noster Federicus Morellus Lutetiae commodaverat: nulla quidem alia Inscriptione, praeterquam *Θεμιστίου προθεωρία*. Quod ipsum Lemma solius Praefationis, non Orationis est. Hoc enim in ea Oratione praeter ceterarum morem, imo Oratorum omnium consuetudinem, factum est, ut initio velut auspicatus quidam esset, ac praeeentio ab toto Orationis corpore separata. Id quod a Concionatoribus, ut vocant, nostris fieri assolet, gregarii plerumque Oratores imitantur. Ceterum totus in eo versatur Themistius uti a se certorum hominum calumniam propulset, nec se propterea Sophistam esse demonstret, quod sermones ad populum instituat. Quamvis enim nemo id ante se egerit, licere tamen sine exemplo multa facere, ut in omni fere artium et doctrinarum genere, ac Philosophia praesertim a multis est saepe factum. Iam vero cum plus minus quarta Orationis pars in Morelliano exemplari desideraretur, quod reliquum erat ex Pantiniana editione supplevimus, ac nostra interpretatione
534 pertexuimus. Cum autem eandem ipsam Pantini editionem Typographis exemplaris instar et Archetypi proposuissemus, deprehendimus postea illam in plerisque a priore nostra discrepare, proindeque interpretationem nostram quibusdam in locis cum Graecis minime convenire, de quibus his in Notis admonere studuimus.

P. 311. C. 3. *Οἷον Ομηρος.* PETAV. Notis versibus.
Τρῶες δ' αὖ κλαγγῇ τ' ἐνοπῇ τ' ἴσαν ὄρνιθες ὡς.

Ibid. C. 11. *Ἐξαλλόμενον ἀπὸ τῶν πετρῶν.* PETAV. De gradibus lapideis in Theatris accipio. Nam in Theatris Sophistae ac Philosophi plerumque declamitabant. Apuleius

Flor. I. *Bono enim studio in theatrum convenistis, ut qui sciatis non locum auctoritatem derogare orationi: sed cumprimis hoc spectandum esse, quid in theatro deprehendas. Nam si minus est, riseris: si funerepus, timueris: si Comoedia est, faveris: si Philosophus, didiceris.*

Ibid. D. *Τῶν εἰς ἕνα τε καὶ χιλίους.* HARDUIN. Crotoniatas signat, opinor, quorum Senatus, teste Valerio Maximo l. VIII. cap. XVI. mille hominum numero constabat. Vel Athenienses, ut Petavius monuit, ad orat. XXIII.

P. 312. B. *Οὐδὲ τούς.* PETAV. Symphoniacos fortasse pueros, vel Oratores aut Poetas; ac legendum videtur *ὕμνου* pro *ὑμῖν*. Quae sequuntur mutila ac depravata sunt. Nos sententiam utcunque elicuimus. In Morel. pro *ἀριστεύειν* erat *νικιαρεύειν*. Forte, *γνωματεύειν*.

Ibid. B. 9. *Πολλὰς δὲ ἐπιπόνους.* PETAV. Ita Synesius Dione, de Sophista loquens. *Ὅστις πολλὰς μὲν νύκτας ἀΰπνους ἀνέτλη, πολλὰς δὲ ἡμέρας παρετάθη, καὶ μικροῦ δεῖν ἀπεστάλαξε τὴν ψυχὴν ὑπό τε λιμοῦ, καὶ φροντίδων, ἵν' ἀγαθόν τι συλλέξηται.* Morel. *πολλὰ δ' ἐπὶ πολλὰς:* id quod in interpretando secuti sumus.

Ibid. C. 3. *Καὶ οἱ στρατιῶται καὶ οἱ πάλαι στρατιῶται.* HARDUIN. Congruentior videtur vetus lectio, *καὶ οἱ στρατιῶται, καὶ οἱ παλαιστρῖται.* Dura enim videtur hoc loco repetitio vocis *στρατιῶται*.

P. 313. C. 3. *Καὶ οὐκ ὀφείλοντα.* PETAV. *Ὀφείλοντες τῷ δημοσίῳ* infames erant, et concione ac publico consilio prohibiti.

Ibid. C. 6. *Τοῦ πρὶν ἀγῶνος.* PETAV. Nisi me animus fallit, illam suam Orationem intelligit, quae ordine XXIII. purgationem obiectae sibi calumniae continet. Illic enim *μισθοφόρον* se non esse pluribus ostendit.

Ibid. D. *Ἀδικεῖ φασιν ἐμὲ λέγοντες.* PETAV. Absunt a Morel. *ἐμὲ λέγοντες*.

Ibid. D. ult. *Εἰς τὸ δικαστήριον.* PETAV. Dixerat enim Orat. XXIII. *καὶ τήμερον ἐγὼ μὲν ξυνάγων ὑμᾶς ὡς δικαστάς μοι καθεδουμένους ὑπὲρ ὧν αἰτίαν ἔχει παρανομίαν.*

P. 314. C. 6. *Ὑδωρ ἀποῤῥέον.* HARDUIN. Alludit ad morem dicendi ad clepsydram. Clepsydra enim Graecis, *ὕδριον ὡροσκοπεῖον*, ut ait Hero Alexandr. *πνευματικῶν α'*.

Ibid. C. 7. *Οἱ δικασταὶ κύριοι.* PETAV. Absunt a Morel. et ab interpretatione nostra duae voculae *τοῦ χρόνου*.

Ibid. D. 7. *Πολιτικός τε.* HARDUIN. In Politico, tom. II. 535 et in Sophista, tom. I. ubi haec tria componit inter se, *σοφιστήν, πολιτικὸν, φιλόσοφον*.

P. 315. C. 4. *Κεῖσθαι ἄνω ἐπὶ τῆς πέτρας.* PETAV. Forte, *ἄνεω*, id est, mutum. Corrige item *ὁμοπαθοῦντα*.

P. 316. A. 10. *Καὶ πρὸ μὲν Δαιδάλου.* PETAV. In Morel. *τετράπους* pro *τετράγωνος* erat, quod ita in priori Editione fueram interpretatus, ut *τετράπους* non tam quadrupedem significaret, quam informem, ac sine distinctione pedum inconditam molem. Sed *τετράγωνος*, ut in Pantiniana Editione legitur, magis huic loco convenit. Sic enim appellari Mercurii solent. Ulpianus Demosth. Schol. ad Leptin. *Ξύλα, ἢ λίθοι τετράγωνοι ἦσαν, ἔχοντες ὄψιν Ἑρμοῦ ἐπάνω· κάτω δὲ ἐν τῷ πλάτει τὰ ἐπιγράμματα.* Thucyd. lib. VI. *Εἰσὶ δὲ κατὰ τὸ ἐπιχώριον ἡ τετράγωνος ἐργασία πολλοὶ καὶ ἐν ἰδίοις προθύροις καὶ ἐν ἱεροῖς.* Ubi Schol. caussam hanc affert cur Mercurii *τετράγωνοι* ac *κυβοειδεῖς* forent; quod nimirum Deus ille orationis ac veritatis praeses sit habitus. *Οὕτω καὶ ὁ λόγος καὶ ἡ ἀλήθεια ὁμοία ἐστὶ πανταχόθεν αὐτῇ. τὸ ψεῦδος δὲ πολύχουν καὶ πολυσχιδές.* Meminit et Pausanias Messen. et alibi. Vide Suidam. Quod adiicit cetera quoque Deorum simulacra ad eum modum inconditа fuisse, idem tradit Clem. Alex. Strom. *πρίν γ' οὖν ἀκριβωθῆναι τὰς τῶν ἀγαλμάτων σχέσεις, κίονας ἱστάντες οἱ παλαιοὶ ἕσιβον τούτους ὡς ἀφιδρύματα τοῦ θεοῦ.*

Ibid. B. *Δαίδαλος δὲ ἐπειδὴ.* PETAV. Suidas, *Δαιδάλου ποιήματα. ἐπὶ τῶν ἀκριβούντων τὰς τέχνας. ἐπειδὴ οἱ παλαιοὶ δημιουργοὶ συμμεμυκότας τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐποίουν. ὁ δὲ Δαίδαλος ἀνεπέτασεν αὐτοὺς, καὶ τοὺς πόδας διέστησε.* Quod Suidas *πόδας διέστησε* dixit, hoc noster expressit per *διήγαγε*.

Ibid. B. 5. *Επειτα Αρμονίδου.* PETAV. Hom. Iliad. *ε'*. Qui versus eodem loco citantur ab Suida.

Τέκτονος υἱὸν
Ἁρμονίδεω, ὃς χερσὶν ἐπίστατο δαίδαλα πάντα
Τεύχειν. ἔξοχα γάρ μιν ἐφίλατο Παλλὰς Ἀθήνη,
Ὃς καὶ Ἀλεξάνδρῳ τεκτήνατο νῆας ἑΐσας
Ἀρχεκάκους.

Ibid. B. 9. *Καὶ Ἀμεινοκλῆς Σάμιος.* PETAV. Thucydides lib. I. ex quo ista sunt desumpta: *καὶ τριήρεις ἐν Κορίνθῳ πρῶτον τῆς Ἑλλάδος ναυπηγηθῆναι· φαίνεται δὲ καὶ Σαμίοις Ἀμεινοκλῆς Κορίνθιος ναυπηγὸς ναῦς ποιήσας τέσσαρας. ἔτη δέ ἐστι μάλιστα τριακόσια ἐς τὴν τελευτὴν τοῦδε τοῦ πολέμου, ὅτε Ἀμεινοκλῆς Σαμίοις ἦλθε.* Plinius l. VII. c. LVI. *Triremem Thucydides Aminoclem Corinthium* instituisse scribit.

Quod autem hoc loco *Σαμίων* legitur: in Morel. *Σάμιος*,

praestat ex Thucydide emendare *Σαμίοις*. In Mediol. legitur *Σαμίας*.

Ibid. D. 5. *Θέσπις δὲ πρόλογον*. PETAV. Aristoteles lib. de Poët. cap. IV. ubi de origine Poëtices agit, Thespidis non meminit, sed Aeschyli solum, et Sophoclis: atque illum quidem duos actores primum invexisse dicit, cum unus esset antea, et de Choro detraxisse. Sophoclem vero tres, *καὶ σκηνογραφίαν*. Sed Horatius in Arte Poët.

Ignotum Tragicae genus invenisse Camenae
Dicitur, et plaustris vexisse Poëmata Thespis
Quae canerent agerentque peruncti faecibus ora. 536
Post hunc personae, pallaeque repertor honestae
Aeschylus, et modicis instravit pulpita tignis, etc.

De Thespide ad Suidam.

Ibid. D. ult. *Οὕτω καὶ τῶν πρόσθεν*. HARDUIN. Iliad. *ι'*. v. 520.

P. 317. B. 4. *Θαλῆς δὲ ὕστερον*. PETAV. Vide Laërtium, et Suidam, et Herodot. Clio, ubi de Solis defectu ab eodem praedicto.

HARDUIN. Ex cod. Morell. Petavius reposuit paulo post, *καὶ Πυθαγόρας* pro voce corrupta *προκατήγορα*. Sed melius in Mediol. scribitur, *καὶ πρὸς γῆρας*.

Ibid. B. ult. *Οὐ κατέθετο ὅμως*. PETAV. Laërtius scripsisse Thaletem ait ad ducentos versus.

Ibid. C. 3. *Ἀναξίμανδρος δὲ ὁ Πραξιάδου*. PETAV. Hic Thaletis discipulus fuit, eodem auctore Laërtio lib. I. Vide et eundem lib. II. et Suidam, qui illius opera percenset. Clem. Alex. Strom. I. Alcmaeonem Perithi F. primum omnium auctor est de Natura librum scripsisse, cum alii id Anaxagorae tribuant.

Ibid. D. 3. *Ἀλλὰ Σωκράτης*. PETAV. Xenoph. cum de rebus memorabilibus Socratis.

P. 318. D. 3. *Χωρὶς μὲν ἦσαν αἱ Ἰταλιῶτιδες*. PETAV. Diog. Laërt. lib. I. Sed pro *Σικελικαὶ* fortean *Ἀττικαί*. Nam Italica secta Pythagoreorum est, qui in Divinis maxime rebus occupati: Ionica Thaletis: aliorumque, qui de rerum natura disputarunt. Attica Socratis, qui primus Ethices inventor. Quae sit autem Sicula secta, aut cui parti sit attribuenda, non video.

Ibid. *Μᾶλλον δὲ τέτραχα*. HARDUIN. Adiectum istud idcirco ab auctore est, quod ad tergeminam Philosophorum sectam, Mathematica deinde adiungat studia. Sunt autem *Ἰάδες Μοῦσαι*, *Musae Ionicae*, disciplinae eae quas Heraclitus ex Epheso Ioniae oppido tradidit: *Σικελικαὶ*, quas Empedocles Agrigentinus ex Sicilia. Hunc enim Platonis locum

Themistius respicit, ex libro qui inscriptus est Σοφιστὴς, sive de Ente: *Ἰάδες δὲ καὶ Σικελικαί τινες ὕστερον Μοῦσαι ξυνενόησαν*, etc.

Ibid. D. 5. *Αἱ δὲ ὑπὲρ τῆς φύσεως μερμνῶσαι.* HARDUIN. Verti haec debuerant in hunc modum: *Aliae in naturae contemplatione defixae: ὑπὲρ* ibi non *super*, sed *de* sonat.

P. 319. B. 6. *Ἡ Μήδων στρατιά.* PETAV. Cyaxares enim Phraortis filius, et Deiocis nepos, primus exercitum in partes digessit. *Οὗτος λέγεται πολλὸν ἔτι γενέσθαι ἀλκιμώτερος τῶν προγόνων. καὶ πρῶτός τε ἐλάχτνε κατὰ τέλεα τοὺς ἐν τῇ Ἀσίῃ, καὶ πρῶτος διέταξε χωρὶς ἑκάστους εἶναι, τούς τε αἰχμοφόρους, καὶ τοὺς ἱππέας, καὶ τοὺς τοξοφόρους. πρότοῦ δὲ ἀναμὶξ ἦν πάντα ὁμοίως ἀναπεφυρμένα.* Haec Herodotus in Clio.

Ibid. D. 4. *Τοῦ ἐφολκὸν εἶναι.* PETAV. Forte *ἑφολκούς.*

Ibid. D. 6. *Καὶ ἔχοντες μὴ ἔχουσιν.* PETAV. Notum Aristotelis ad Alexandrum rescriptum de his libris, *ὡς ἐκδεδομένων, καὶ μὴ ἐκδεδομένων.*

P. 320. A. *Ὅτι ὄργανα δέδωκεν.* PETAV. Morel. *ὄργανον.*

Ibid. C. *Σώματί τε.* In Morell. legitur, *σώμασί τε*, quod verum est.

537 Ibid. C. 7. *Καὶ δεῖται σκίμποδος.* PETAV. Hoc ad *ῥοσήματα* multo aptius referri potest, quae lecto ac cubiculo sunt affixa.

Ibid. D. *Ἀνευ σχοινίου μεμιλτωμένου.* PETAV. Haud ignota consuetudo. Athenis plebem in concionem ministo funiculo cogebant. Aristoph. Acharn.

κἄτω καὶ κάτω
Τὸ σχοινίον φεύγουσι τὸ μεμιλτωμένον.

Ubi Scholiastes adnotat, pro eo quod aegre in concionem conveniret populus, duos apparitores ministum funiculum extendentes per forum cursitasse, eumque pecunia mulctatum fuisse, qui in ea trepidatione contactu funiculi easet infectus.

Ibid. D. 4. *Ποῖ φέρεσθαι ἄνθρωποι.* PETAV. Cratetis illa exclamatio est, quam refert Plut. *περὶ παίδ. ἀγω.* HARDUIN. Est etiam Socratis ut testis est Dio, orat. XIII.

P. 321. B. 3. *Περὶ δὲ τὰ ἀρξόμενον.* PETAV. Forte *ἀρχόμενον.*

Ibid. C. 8. *Πενόμενόν τε αὖ.* PETAV. Non absimile est Horatianum illud.

Aeque pauperibus prodest, locupletibus aeque:
Aeque neglectum pueris, senibusque nocebit.

Ibid. D. 2. *Οὐδὲ ἀπὸ τιμημάτων.* HARDUIN. Corrupta admodum lectio, quae sic est emendanda: *οὐδὲ ἀποτιμήματα ἀκουστέον αὐτὰ, non sunt audiendae hae aestimationes.*

Ibid. D. 7. *Ὅσῳ γὰρ ἂν λέγει.* PETAV. Forte *λέγοιτ' ἄν.* Vel ut in Morel. *λέγοι ἄν.*

P. 322. B. ult. *Ησιόδῳ τῷ ποιητῇ.* HARDUIN. *Ἔργων* v. 746.

P. 323. A. 3. *Εἰ δὲ ἀμετάστατα, καὶ ἀνήκεστα.* PETAV. Vitiosa transpositione verborum depravatissimus locus hic in Morel. Sic enim legitur: *καὶ ἀνήκεστα λοιδορείσθω καὶ ἀπεχθανέσθω, καὶ πολεμεῖν, καὶ λοιδορεῖν ἕτοιμος,* etc. Ex quo illud conlicimus, duo illa verba, *λοιδορείσθω, καὶ ἀπεχθανέσθω,* in periodi finem esse conlicienda, quae in Pantiniana desunt. Ad haec post *ἀνήκεστα* Verbum *νοσεῖ* libens addiderim.

Ibid. A. ult. *Μαμμάκυθος καὶ Κυρηβίων.* PETAV. *Μαμμάκυθος* hominem fatuum et stolidum sonat; quomodo hic forsitan legendum. Quanquam Aristoph. Schol. *Βατράχοις* ad haec verba,

Κεχηνότες μαμμάκουθοι
Καὶ μελιτίδαι κάθηντο.

sic adnotat; forte *μαμμάκυθοι* ita exigente metro scribendum. Cum Mammacutho vero Coroebus et Butalio, ac Melitides coniungi solent. *Κυρηβίων* porro cognominatus fuit Epicrates quidam Aeschinis gener: quasi dicas furfuraceum; quem insectatur Demosth. Orat. de falsa Legat. *Καὶ τοῦ καταράτου Κηρυβίωνος, ὃς ἐν ταῖς πομπαῖς ἄνευ τοῦ προσωπείου κωμάζει.* Ad quae verba Interpres Ulpianus. *Οἱ γὰρ ἐν ταῖς ἑορταῖς τότε βουλόμενοι σκώπτειν τινὰς, ἐφόρουν προσωπεῖα, ἵνα μὴ αἰσχύνωνται.* Quare *κυρηβίωνα* Themistius pro homine vesano, et impudenti sumpserit. Postremo male in Pantin. *Μαμμάκυθος* pro *Μαμμάκυθος.*

Ibid. B. 9. *Ἀπαθεῖς τε, καὶ εὔνους.* PETAV. Imo *συμπαθεῖς* potius.

Ibid. B. ult. *Ασυμβούλους εἶναι.* PETAV. Forte *ἀσυμβούλους,* hoc est, nihil contribuentes. At Morel. *συμβούλους.* Unde suspicabar leg. *οὐκ ἐπιχειρεῖν,* vel *ἐπιβούλους.* 538

Ibid. C. 8. *Καθάπερ τοὺς ἀγρίους.* PETAV. Usus est Platonis verbis. *Αλλ' εἶεν,* ait is in Protagora, *ἄγριοί τινες, οἷοί ποτ οὓς πέρυσι Φερεκράτης ὁ ποιητὴς ἐδίδαξεν ἐπὶ Ληναίῳ.* Meminit etiam Athen. lib. V. Pherecrates Comicus fabulam docuit, quae inscribebatur, *Agrestes:* in qua Barbari, atque efferati homines, sine ritu, sine moribus, ac legibus inducebantur. Usitata vox *διδάσκειν* de Comicis Tragicisve Poëtis, qui suas exhibent fabulas. Quare haud recte Ficinus

interpretatur, cum ita vertit: *Efferatique sint ut illi quos Pherecrates erudivit.*

P. 324. C. 5. *Ωστε οὐκ ἐντρεπόμεθα.* HARDUIN. Restituenda sic versio est: *Quare nihil eius naturam curamus, cum domi permanemus.*

Ibid. D. 8. *Μηδὲ πρὸς τοὺς ὀλίγους.* HARDUIN. Parum sincera eius loci interpretatio, debet in hunc modum restitui: *Ne ad paucos quidem ipsum exire permittamus, nec sinamus eum progredi, etc.*

P. 325. A. 7. *Αλλ' ὅτι ἀνωφελῆ.* PETAV. Forte, *ἃ μὴ ὠφελῇ μὴ δ' ἄγῃ πρὸς ἀρετήν.*

Ibid. C. 6. *Δείκνυσθαι κακῶς.* PETAV. *Δείκνυσθαι* hoc loco proprium quoddam esse verbum videtur, ad Parentum professionem significandam, cum liberos suos edunt, ac coram Tribulibus sistunt, quod *εἰσάγειν εἰς φράτορας* vocabant. Vide Pollucem, lib. IV. cap. IV. Vel idem est ac pro suis ostentare: quod plagiarii faciunt, qui aliena scripta recitant, ut apud Martialem saepe.

Ibid. D. ult. *Ως ἐπὶζονον συνελθοῦσι.* PETAV. Perinde ac si *ἐπὶ ὄνους συνελθοῦσι* legeretur, sensum reddidimus. Mox *ἑλομένη* corr. Paulo post, *Γέγηθε καὶ ἀγαλλομένῳ.* Desunt ad explendam sententiam nonnulla: puta *ἢ γέγηθε καὶ ἀγάλλεται τοῖς τοιούτοις.* Qui ad Pantinianam Editionem Notas adiecit, rescribebat, *ᾧ δ' οὖν ἡ γερ. μάλ. γε. καὶ ἀγαλλομένη τυγχάνει.* Paulo post scribe, *ἡ αὐτὴ μέν σε.*

Ibid. D. ult. *Ως ἐπὶ ψόγον συνελθοῦσα, tota unum in coetum conveniens.* HARDUIN. Sic nos arbitramur verti debuisse: *Si civitas ipsa suum congressum a Philosophia contemni sentiat, et ob id pudore suffundatur, quod tota veniat in reprehensionem illius (Philosophiae) populus nimirum et Senatus, ac patronos constituat aliquos, etc.* Sed nimirum vocem corruptam, *ἐπίζονον*, sic restituendam Petavius crediderat, ut legeretur *ἐπὶ ὄνους.*

P. 326. D. 7. *Οὐχ ἵνα αὐτῇ χορηγοίης.* PETAV. Senatoriam dignitatem ac Praeturae insignia consecutus fuerat Themistius, ut ex libro VI. Cod. Theod. liquet. Praetura porro *Senatorii census gravis sarcina*, ut Boëthius III. de Consol. loquitur, inter alia onera Circensium ac Scenicorum ludorum spectacula debebat, ut ex eodem lib. Cod. Theod. Tit. de Praet. ac Quaest. constat. Themistius vero ita Praeturae honorem adeptus fuerat, ut ab omni onere esset immunis.

P. 327. B. 9. *Ανυποθέτους τε καὶ ἐξ ὑποθέσεως.* PETAV. Respublica ea dicitur *ἀνυπόθετος*, quae sine fictione ac reipsa in rerum natura versatur, cuiusmodi est Platonica. Huic opponitur *ἡ ἐξ ὑποθέσεως.*

Ibid. C. penult. *Οὐδ' αὖ τί σοι ἐμφανὲς κατέστη.* PETAV. 539 *Nolumus te nobis explicare quid supra caelestes orbes a te sit compertum*, sive de spatiis ultra caeli ambitum perrectis loquantur, sive de iis quae non exteriore caeli superficie continentur, sed interiora ac reducta sunt. Quo illud Manilianum spectat lib. IV.

Victorque ad sidera mittit
Sidereos oculos, propiusque aspectat Olympum,
Inquiritque Iovem: nec sola fronte Deorum
Contentus manet, et caelum scrutatur in alto,
Cognatumque sequens corpus se quaerit in astris.

P. 328. A. 3. *Ὑπὸ τῶν ποταμῶν ποιουμένη.* PETAV. *ποιουμένη* in hoc loco idem est ac *qualitate quadam affecta.*

Ibid. B. ult. *Οἷον τὸ Μένωνος.* PETAV. Libet ex Pantiniana Editione quae ad hunc locum Vir eruditus, sed anonymus, adnotavit, huc transferre. Ad locum, inquit, Platonis allusit Themistius. In quo dialogo cum Meno aliquot virtutis in medium attulisset definitiones, (nam de ea ibi agitur *πειραστικῶς*) easque omnes impugnasset Socrates, conqueritur de Socrate Meno, quod nihil certi omnino constitueret: cui ut respondeat Socrates, ostendit dubitationem esse veritatis matrem: ea enim incitari homines ad inquirendas eas res et producendas, quarum semina in animis nostris quasi iacerant demersa. Hinc nobilissimi de Reminiscentia episodii oritur occasio: quam ita probat Socrates. Puerum Menonis omnium scientiarum imperitum ad se vocat, eum quaerendo commode ac interrogando, de quadrati dimensione, eo deducit, ut ex ipsa interrogandi serie tota, quamvis subtilissima, eius diagrammatis comperiatur demonstratio. *Διάγραμμα* ergo est dimensio quadrati, de qua copiose Euclides. Iam male *ἀπιόντι* legit, cum *ἐπαΐοντι* fuerit in codice: quae vox ita frequens est in Aristotele hoc sensu, ut nihil frequentius: *ἐπαΐειν τῆς Ἑλληνικῆς διαλέκτου* dicitur *ὁ ἔμπειρος*, cui Graeca lingua gnara est, ut loquitur Tacitus. Sed neque Themistius consuluit Platonem, cum mancipium vocavit, quem *ἀκόλουθον* dixit Plato. Illi enim et Athenienses erant, et nihil minus quam barbari. Unde nobilium liberos et docebant, et in ludum comitabantur: quemadmodum de Alcibiade apud Platonem habes. Praeterea ait eum Graece loqui: et non Atheniensem tantum esse, sed et domi suae natum. *Σωκρ. Ἑλλην μέν ἐστι καὶ ἑλληνίζει; Μεν. πάνυ γε σφόδρα, οἰκογενής.* At Themistius contra, et barbarum vocat, et *τοῦ ἑλληνίζειν* prope ignarum: vel memoriae lapsu: vel *τῇ ὑποθέσει δουλεύων.*

Ibid. D. 6. *Κόραξ μὲν*, etc. HARDUIN. Sophistae ii

fuere. De Corace et Tisia, Cicero in Bruto, prolixe. Theodorum Byzantium *Λογοδαίδαλον* Plato vocabat.

P. 329. A. 5. *Ἡ περὶ τῆς φύσεως θεωρία.* PETAV. Corr. *ἢ περὶ.*

Ibid. A. 9. *Τὸ ὄργανον τοῖς χρωμένοις.* PETAV. Supervacanea haec sunt.

Ibid. B. 2. *Οὐ τέχνην ὑφηγῇ λόγων.* PETAV. Idem ille Anonymus. Scribe *ἐριστικῶν.* Sensus talis est: Duo, inquit
540 ille, qui philosophiam culpat, contraria facis. Nam cum homines contentiosos averseris, noluisti artem scribere de ea re: sed tantum rationem docere, qua refutari illi possint. At contra cum Rhetoricen non probes, ut quae maxima ex parte sit sophistice, quotidie de ea scribis, quotidie eius tradis artem. Tangit autem ut Peripateticus, inscriptionem libri Aristotelici, *Σοφιστικοὶ ἔλεγχοι* inscripti: qui est, *περὶ ἐριστικῶν λόγων*, et eorum refutatione. Eum autem, teste Alexandro, alii ita dictum volebant, quod doceret, *πῶς συνίστων τοὺς δοξοῦντας ἐλέγχους οἱ σοφισταί;* et eo sensu *μέθοδος, ἡ σοφιστικὴ*, a Socrate in Euthydemo dicitur: alii, quod doceret, *πῶς ἂν αὐτοὶ μάθοιμεν ἐλέγχειν καὶ ἀντιλέγειν τοῖς πειρωμένοις σοφίζεσθαι ἡμᾶς.* Et ita a Themistio nunc sumitur. Hinc sensus dependet: quid inter *τοὺς πειραστικοὺς καὶ ἐριστικοὺς λόγους* intersit, quibus tam frequenter Plato utitur, docuit Philosophus in Elenchis. Hinc apparet quomodo intelligendus sit locus.

Ibid. C. 3. *Ἀμιλλωμένην κατά που Λυσίαν.* PETAV. Idem Scholiastes haec adnotat, *ἀμιλλωμένην καθάπερ Λυσίᾳ καὶ Θουκυδίδῃ.* Lysiae enim orationem in Phaedro examinat et reiicit Socrates: at in Theage suam cum Thucydide contentionem commemorat. Intelligit enim non *τὸν τοῦ Ὀλόρου*, florentissimum historiae Peloponnesiacae scriptorem, sed *τὸν Μελησίου*, de quo, ut dixi, in Theage: *ἤκων δὲ κατελάμβανε μετ' ἐμοῦ διατρίβοντα Θουκυδίδην τὸν Μελησίου υἱὸν τοῦ Θουκυδίδου. ὃ δὲ Θουκυδίδης τῇ προτεραίᾳ μοι δι' ἀπειρίας ἐν λόγοις τισὶν ἐλεγύνει.* quo respexit noster auctor. HARDUIN. Pro *κατά που* cod. Mediol. habet *πρός.*

Ibid. D. 2. *Τῷ τετάρτῳ τῆς κολακείας.* HARDUIN. *Vide ne si fructuosam Rhetoricam occultes, coniicias nos in quartam partem adulatricis scientiae, quae respondet quadam similitudine ei arti quae Medicinae opponitur*, hoc est, coquinariae. Ut huic loco lucis aliquid accedat, operaepretium est ea huc transferre ex Platonis Gorgia, sive Dialogo de Rhetorica, ad quae respexisse apparet Themistius: quae quia paulo longiora sunt, Latino tantum sermone transcribam. *Cum res duae sint*, inquit Socrates, *corpus et animus, artes*

pariter esse geminae arbitror: Gymnastica corpus curet, et Medicina: Nomothetica sive conditrix legum, et iustitia iudiciaria animum. Gymnasticae Nomothetica respondet, Iudiciaria Medicinae. Cum vero hae quatuor semper id curent quod optimum est, hic quidem corpus, illae animum: facultas adulatoria se quadrifariam dividit, singulasque subit partes, simulans id esse quod subiit, et voluptatem ubique consectans. Medicinam quidem coquinaria subiens, simulat optimos se cibos corpori adhibere. Gymnasticam similiter fucatoria: Sophistica, legalem: denique quod coquinariae ad Medicinam, id Rhetorica ad Iustitiam. Est ergo Rhetorica res coquinariae respondens, talisque in animo, qualis illa est in corpore. Ita Socrates Rhetoricam inter artes turpiculas reiicit: sed eam modo quae Sophistice declamatoria est, non eam quam fructuosam Themistius hic appellat.

P. 330. A. 7. *Τὸν ὄρθριον νόμον.* PETAV. Scribo *ὄρθιον.*

Ibid. B. ult. *Τλημονέστερον δὲ δήπου.* PETAV. Ideo Pantinianae Edit. Scholiastes legit: *καὶ τῶν Ρωμαίων πάθος*, atque haec adnotat. Intelligit sine dubio Aristidem oratorem, qui sub Adriano et Antonino vixit: cuius etiam hodie orationes habemus, et cui *τὸ γόνιμον* in oratione tribuit Philostratus: Photius autem a dilectu *τῆς τε λέξεως καὶ τῶν νοημάτων*, in Panathenaïco praecipue, commendat. Quae omnia emendationem nostram confirmant. Quanti Romanus Imperator Aristidem fecerit, nemo ignorat qui Philostratum legerit. Quare eius, tanquam Rhetoris, posteros Platoni opponat, nemo ignorare potest, qui meminit orationum illarum, quas pro Rhetorice contra Platonem scripsit idem Aristides: quo nomine *ὑπὸ τῶν τῆς Πλατωνικῆς μούσης ἐραστῶν τε καὶ θιασωτῶν*, apud veteres non raro vapulat. Ego vero pro *Ρωμαίων* libentius legam *ἡμέτερον.* 541

Ibid. C. *Καὶ τὸ εἰρημένον.* HARDUIN. Legendum est, *τὸ ἡμέτερον.*

Ibid. C. 4. *Ἀλλ' ἐπάμυνε τάχιστα, σάω δ' ἰρίηφιν ἑταίρους.* HARDUIN. Versus est ex gemino Homeri hemistichio conflatus: priore quidem ex Iliad. *φ'*. v. 311. posteriore ex Iliad. *π'*. v. 363.

Ibid. D. 8. *Καὶ Μελιτίδης ὁ ἀνόητος.* PETAV. De quo Proverb. *Μελιτίδου γελοιότερον.* Hic stoliditate insignis, et a Comicis traductus. Vide Suidam in voce *γελοῖος.*

P. 331. A. 3. *Οὐκ εἰς τὴν πνύκα.* PETAV. Pnyx locus quidam Athenis iuxta Areem fuit, in quo Concliones habebantur. *Ἄνθις δὲ τὰ μὲν ἄλλα ἐν τῷ Διονυσιακῷ θεάτρῳ, μόνας δὲ τὰς ἀρχαιρεσίας ἐν τῇ πνυκί*, ait Pollux

lib. VIII. c. 10. Quae duo hic loca commemorantur publicae concionis.

Ibid. C. 3. *Καὶ Σμινδυρίδην καθεύδειν.* PETAV. Merito dormientem hunc facit. Hic enim est Sybarites ille Smindyrides, qui totos viginti annos iactabat se neque orientem vidisse, nec occidentem Solem. Qui ad Agoraetes Clisthenis filiae nuptias proficiscens, mille secum servos eduxit, piscatores, aucupes, coquos. Athen. lib. VI. Herod. Erato.

Ibid. C. 4. *Καὶ ἐν μέσῳ ὄντος.* PETAV. Quid si *ἐν μέσῳ ὄντας* legendum.

AD ORATIONEM XXVII. NOTAE.

HARDUIN. Haec una est ex elegantissimis Themistii orationibus, maximoque elaborata artificio, in qua hoc unum copiose ac diserte contendit, parum quidem referre, qua quis in civitate, sive ampla et nobilis illa, sive obscura fuerit, quam voluerit disciplinam colat: at quibus animum ille studiis excolendum, quibus magistris instituendum tradat, id vero plurimum interesse.

P. 332. A. 6. *Τούτους ἐξετάζουσι.* PETAV. Lege, *τοῦτο.*

Ibid. D. 2. *Εἰ τάγε τιμιώτερα αὐτῷ κατὰ νοῦν ὑπάρχοι. Dummodo quae praestantiora sunt, illi in animo suppeditent.* HARDUIN. Obscurum id sane, ac vix Latinum: sic verti oportuit: *Dummodo quae praestantiora sunt, ipsi ex animi sui sententia cedant.*

P. 333. A. *Ἐκεῖ δέ που καὶ Θερμωδὼν καὶ τὰ Ἀμαζόνων ἔργα, καὶ τὸ Θεμισκύριον.* HARDUIN. Ultima describit Cappadociae ac Ponti loca, quae Amazonum olim ad Thermodontem fluvium, et Themiscyreos lucos, sedes fuit. De his vide Amm. Marcell. lib. XXII. qui Amazonum originem hic describens miserando plane stylo pro suo more Graecizat.

542

Ibid. B. penult. *Κατανοῆσαι ἡμῶν τὸ πλῆθος.* PETAV. Pantinus *ἦθος* legebat. Alius *τὸ πάθος.*

Ibid. C. 3. *Καὶ παρεῖχε ἑαυτὸν κάμνουσι.* PETAV. Philostr. lib. I. de vita Apollon. Aristoph. Pluto.

Ibid. C. 5. *Εἰς Τρίκκην βαδίζειν.* PETAV. Urbs Macedoniae sive Thessaliae, ubi natus Aesculapius. Euseb. lib. III. de Praepar.

Ibid. C. 10. *Ἐκ γειτόνων τὴν μαντικὴν ἐπεδείκνυτο.*

HARDUIN. Oraculum illud manifeste indicat, quod in Paphlagoniae oppido, cui nomen *Ἀβώνου τεῖχος*, situm fuisse Lucianus in Pseudomanti. refert: atque illud quidem confert cum Delphico.

P. 334. B. penult. *Καὶ ὧν... Βοιωτία.* HARDUIN. Affertur a Suida paroemia: *Βοιωτία ὗς. ἐπὶ τῶν ἀναισθήτων καὶ ἀπαιδεύτων.* Paroemiae originem narrat abunde Pindari Schol. in Olymp. et ex eo Erasmus, Chil. I. Cent. 10.

P. 335. B. 6. *Εἰ δὲ Θετταλός.* PETAV. Equorum nobilitatem ac patriam vide apud Oppianum lib. I. Cyneg.

P. 336. D. 7. *Αὐτοὺς Ἀθηναίους.* PETAV. A quibus propagatae fruges. Hinc et primitiae quotannis e Graeciae urbibus Athenas, quasi ad *μητρόπολιν* delatae. Isocrat. Paneg. Aristides, et alii.

P. 336. D. penult. *Ο Τριπτόλεμος.* HARDUIN. De Triptolemo, et curru invecto draconibus, Servium consule.

P. 337. A. 2. *Υπ' Ερεχθέως.* HARDUIN. Lege, *ὑπ' Ερι-χθάλου*, vel *Εριχθονίου*. Alius enim *Ερεχθεὺς* ab illo qui currum primus iunxit equis. Plinius lib. VII. sect. LVII. *Quadrigas Erichthonius primus iunxit.*

P. 337. B. 1. *Επεὶ καὶ κωμῳδία.* PETAV. Solinus c. II. Suidas: *Επίχαρμος, ὃς εὗρε τὴν Κωμῳδίαν ἐν Συρακούσαις ἅμα Φόρμῳ.* Idem Suidas: *Φόρμος Συρακούσιος Κωμικὸς, σύγχρονος Επιχάρμῳ.* Ergo Phormus cum Epicharmo Comoediae repertor. Quare hic pro *Αμορφος*, forte rescribendum, *Φόρμος*, Lepidum vero est quod vir doctus lib. I. de Theatro, scripsit ab Epicharmo sportam inventam, cum Phormus proprium apud Suidam Poëtae nomen sit. De Comoediae ac Tragoediae origine Athen. lib. II. HARDUIN. Hunc locum intelliges, et emendabis *Φόρμος* pro *Αμορφος*, ex Arist. lib. de Poët. cap. II. unde ista desumpsit Themistius.

Ibid. B. 3. *Καὶ τραγῳδίας εὑρεταί.* PETAV. Suidas Tragoediae autorem esse scribit Epigenem Sicyonium, a quo Thespis decimus sextus exstiterit.

Ibid. C. 3. *Πῶς δὲ Στάγειραν.* HARDUIN. Reddi sic debuerat: *Qui vero fieri potest ut et Stagiram contemnas, cum noveris oriundum ex ea Aristotelem: et Cyprum, etc.*

Ibid. C. ult. *Αλλ' ὑπὲρ δρακόντων καὶ ἐλεφάντων. Referas quae dracones et elephantes superent.* HARDUIN. Haud 543
certe illud accurate redditum, sic emendo: *Nihil nobis nisi de draconibus et elephantis narres.*

Ibid. D. *Μύρμηξ ὁ Ινδός.* HARDUIN. Plinius, lib. XI. sect. XXXVII.

P. 339. A. 7. *Κινεῖν τε.* HARDUIN. Infinitivus modus, ut aiunt, passim apud Themistium reddi debet per imperandi

modum: quod et antea animadvertimus, in Notis ad orat. I. p. 372.

Ibid. D. penult. *Οὐ ποιεῖ χρυσὸν, οὐδὲ ἄργυρον. Nec aurum nec argentum magni facit.* HARDUIN. Sic vertendum fuit: *cuius ea causa est, quod nec aurum nec argentum producat.*

P. 340. A. 8. *Καὶ μόνα ἡγοῦνται.* HARDUIN. Post *ἡγοῦνται*, puncto oratio terminari. Quare sic est emendanda versio: *Illaque folia admirantur, et sola in pretio habent. Huius plantae radicem Homerus, etc.*

Ibid. C. 8. *Ῥίζην μὲν μέλαν.* HARDUIN. Homerus, Odyss. *κ'*. v. 304. de molis.

P. 341. A. 3. *Τοῦτο δὲ οἶμαι καὶ τὴν Ὁμηρον.* HARDUIN. Refert hunc Themistii locum Eustathius in Odyss. *κ'*.

AD ORATIONEM XXVIII.

NOTAE IOANNIS HARDUINI.

Philosophorum quorundam austeritatem ac paene rusticitatem brevi dissertatiuncula sugillat: quod uti negligentiam praeferrent in vestitu, ita superbam ac fastidiosam in sermone, et laudationibus praesertim, parcitatem sectarentur. Qui verus sit in laudando modus, a quo Philosophos abhorrere in publicis concionibus minime deceat, deinde declarat: Eum esse nimirum, qui cuiusque viri formam atque ideam, *χαρακτῆρα* Graeci vocant, mores et facta omnia graphice describat et subiiciat oculis, prorsus ut, quanquam suo eum nomine non designet qui dicit, ii tamen apud quos dicit, quis ille sit quo de agitur, per se statim intelligant.

P. 341. D. 2. *Οἱ δὲ ἀπὸ τῆς Σωκράτους γενεᾶς.* Philosophos opponit Rhetoribus: et quos orat. XXVI. Platonis discipulos appellavit, iisdem nunc a Socrate appellationem tribuit. De quibus in ipso statim orationis exordio, *Τίκτονται δὲ*, inquit, *οὐχ οἱ φιλόσοφοι μόνον.*

Ibid. D. 6. *Ἀριπρεπέας.* Alludit ad illud Homeri Iliad. *ι'*. v. 441.

Νήπιον, οὔπω εἰδόθ' ὁμοίου πολέμοιο,
Οὐδ' ἀγορέων, ἵνα τ' ἄνδρες ἀριπρεπέες τελέθουσι.

Ibid. D. 7. *Ἐξω τοῦ σκίμποδος.* Quae vis potissimum hoc loco huic voci subsit, disce ex Petavio, in notis ad orat. VII.

Ibid. D. ult. *Ἐν ταῖς στοαῖς.* Idem dicit de Socrate, orat. XXVI. pag. 318.

P. 342. A. *Ἐν τοῖς θεάτροις.* Vide Diog. Laërt. p. 102. Apul. Florid. I. cit. supra in notis Petavii ad Orat. XXVI.

Ibid. A. 10. *Τοῖς πολλοῖς.* Corr. *Τοὺς πολλοὺς ἀνθρώπους.* Et paulo post, pro *τοῦ ὀργάνου*, restitue *τῆς ἀγορᾶς*, aut aliquid simile.

Ibid. D. 2. *Τοῦ κολακ...* Lacunam sic reple: *κολα-* 544 *κευομένου.*

Ibid. D. antepen. *Καὶ οὖν.* Forte, *καὶ γοῦν.*

P. 343. A. 5. *Ὅτι μοι δοκεῖ.* Locum hunc refert Stobaeus Serm. XLIV. de Magistr. Sed male, tanquam ex Metriopathe. Legit etiam, *ἐλευθερίας δὲ ἐργάτης:* sed *ἐραστὴς* praestat, ut habet MS. cod. Porro Theodosii Imp. laudes delibari obiter hoc loco putamus.

AD ORATIONEM XXIX.

NOTAE IOANNIS HARDUINI.

Crimini verterat nonnemo Themistio, quod cum appellationem Sophistae a se removeret, orat. XXIII. non tam purgare se visus esset, quam et Sophistas universim omnes, et certum aliquem unum ex iis praesertim oratione sua carpere ac perstringere voluisse. Huic utrique criminationi nunc respondet: primum, nullam de universo Graecorum Sophistarum grege mentionem a se factam esse nisi perhonorificam: et, quod alterum erat accusationis caput, neminem a se nominatim fuisse petitum.

P. 344. A. *Ἡ τοῦ Αὐτολύκου σοφία.* De Autolyco diximus ad orationem XXI. p. 251.

Ibid. A. 3. *Λύκους δὲ ἐποίει.* Corrig. *οὐκ ἐποίει.*

Ibid. C. 10. *Τὸν πρώην λόγον.* Orationem scilicet XXIII. quae *Sophista* inscribitur.

P. 345. D. 6. *Παντοδαπούς.* Forte, *παντοδαπῶς.*

P. 346. C. 9. *Ὅτι φημί.* Mendum hic ego nullum deprehendo, quanquam latere aliquod admonere asteriscus videtur: sed hoc modo reddendus hic locus fuit: *Nemo Sophistarum me odit, quod Sophistam esse me negem: neque medicorum mihi quisquam irascitur, quod me citharistam esse pro-*

fitear, non medicum. Quare delendum existimo asteriscum huic voci φημὶ praefixum.

P. 347. B. 6. *Οὐδ' ἄχρι κόμματος.* Tritum illud, et Rhetorum Poëtarumque vulgo notum, quomodo inter se ista discrepent, *περίοδος, κῶλον, κόμμα.*

Ibid. B. 8. *Ἐπὶ τῷ λόγῳ οὗ* ***. Lacunam hanc suppleri non posse nisi subsidio meliorum codicum puto. In nostro MS. legitur, *οὗ εἰσωκάππει*, quae vox nihili est, ut apparet.

Ibid. C. 3. *Ἀλλὰ Πλάτωνος.* In Protagora dicuntur Sophistae, *οἱ τὰ μαθήματα περιάγοντες κατὰ τὰς πόλεις, κηλῶντες τῇ φωνῇ ὥσπερ Ὀρφεύς.* Ex hoc Platonis opere multa quae in hac oratione leguntur, decerpsit Themistius: eiusmodi ea sunt quae de Sophistis, de Callia, de Antimoero Myndaeo, de Protagora, aliisque narrantur.

Ibid. C. 5. *Πλάτων βελτίστους.* Ubinam *βελτίστους* Sophistas appellet, nondum occurrit. In Convivio certe *χρηστοὺς* vocat.

---

545 AD ORATIONEM XXX.

NOTAE IOANNIS HARDUINI.

Non est haec Oratio deliberativa, ut titulus eidem praefixus videtur innuere: sed *ἐπιδεικτικὴ* potius exercitatio, ad pompam et ostentationem comparata, tota in agriculturae laudibus et commendatione posita.

P. 348. D. 3. *Εἰς ἀγῶνα ἐλθών.* Vetus est inter Grammaticos de Hesiodi, Homerique aetate controversia. Hos eodem tempore floruisse accurati multi prodidere scriptores. In iis sunt praeter Themistium, Philostratus, Velleius, M. Varro, et his omnibus antiquior Herodotus, aliique, auctore Gellio, qui idipsum comprobat ex epigrammate inscripto tripodi, qui Musis in Helicone positus erat:

Ἡσίοδος Μούσαις Ἑλικωνίσι τόνδ' ἀνέθηκε,
Ὑμνῳ νικήσας ἐν Χαλκίδι θεῖον Ὁμηρον.

Alicubi tamen Tullius Homerum longe vetustiorem facit. Vide quae diximus in Indice Auctorum, quos Plinius secutum se profitetur. Sed quod ad hunc Themistii locum propius attinet, vide Plutarch. lib. V. Sympos. et in Convivio septem Sapientum: unde ista, ut alia multa, decerpsit.

P. 349. A. 5. *Καὶ τάς.* Redundant hae duae vocalae.

Ibid. A. 7. *Παρὰ γεωργίας.* Eadem habet haud paulo elegantius Xenophon in Oeconomicis, a Stobaeo citatus, serm. LIV.

Ibid. A. 9. *Καὶ ὅσα καλοῖμεν.* Locus mutilus, qui sic restituendus videtur: *καὶ δαῖτας, καὶ ὅσα ἄλλα. Καλοῖμεν δὲ καὶ νύμφας.*

P. 350. A. *Ετίμησε.* Praefige particulam negativam, *οὐκ.*

Ibid. A. 9. *Ετέρωθι.* Lege, *ἑτέρωθεν.*

Ibid. A. 4. *Καί τις ποιητής.* Dionysius Periegetes, v. 194.

Νήϊδες ἀσταχύων, καὶ ἀπευθέες ἀμήτοιο.

Ibid. C. *Διὰ τὸν νόμον.* Supervacaneae sunt hae voces, et expungendae.

Ibid. D. 4. *Εἰς ἀδικίαν.* Adde *προπετεῖς*, aut quidpiam simile.

Ibid. D. 6. *Απλοῦν.* Corrig. *ἁπλοῦς καὶ γενναῖος*, et sic verte, *Simplex et ingenuus.* Cicero pro Rosc. *Vita haec rustica, quam tu agrestem nominas, parsimoniae, diligentiae, iustitiae magistra est.*

P. 351. B. 3. *Τὰ οἰκεῖα.* Corrig. *τὰ κηρία*, ut ante nos vidit Interpres.

Ibid. B. 8. *Γηπονίας.* Adde, *ἢ γηπονίας.*

Ibid. B. penult. *Δήμητρος παῖδα τὸν Πλοῦτον.* Hesiod. *Θεογον.* 969. Plutus cui divitiarum distribuendarum munus concessit antiquitas, a Plutone diversissimus est, ac Cerere et Iasio heroë natus dicitur. Huno pro Deo habendum esse, et quidem potentissimo, lepide contendit Chremylus apud Aristoph. in cognomine fabula, et Lucianus in Timone.

Ibid. C. 3. *Επινοίας.* Mendose, pro *γηπονίας.* 546

Ibid. C. 7. *Καὶ τῆς δυνάμεως τῶν ἐπιτηδευμάτων.* Particulam adde, *καὶ τῶν ἐπιτηδευμάτων.*

Ibid. C. penult. *Κἂν Αχαιμενίδης, κἂν Ἡρακλείδης.* Ab Achaemene Rege Persarum, ceteri deinde Reges, imo et populares Achaemenidae: ab Hercule abavo, Lacedaemonii Reges Heraclidae *πατρωνυμικῶς* sunt appellati. Horat. Carm. II. Od. XII.

Num tu quae tenuit dives Achaemenes
Permutare velis.

AD ORATIONEM XXXI.

NOTAE IOANNIS HARDUINI.

Docet exemplo suo Themistius, non ulnaribus vehiculis, non opibus, non virgis ac securibus, sed Musarum benevolentia et Philosophiae studio atque usu, Senatorem antecellere ceteris oportere: neque se tanti facere congestos in se a Caesaribus et impertitos honores, quanti eos facit quos sua sibi doctrina virtusque asseruit. Dicta est, ut quidem videtur, post reditum ab urbe Roma, cum Romanorum pro se testimonium proferat: atque adeo Theodosio imperante, ac praesente, circa annum CCCLXXXIV. quo Praefecturam Urbis Themistius gessit: cum inter delatos sibi honores, quos enumerando accurate percenset, neque hunc obscure significat, ut suo loco monebimus.

P. 352. B. 5. *Τὴν ἱερομηνίαν ταῦ ἔτους.* Inter ferias forenses, sive dies in foro *ἀπράκτους*, *nefastos*, fuere Calendae Ianuariae. Lex secunda Cod. Theod. Tit. VIII. *De feriis* lib. II. *Kalendarum quoque Ianuariarum consuetos dies otio agnoscimus.* Vide plura apud Gothofredum, in eum locum: ubi hunc quoque Libanii locum affert, cum Themistii sententia praeclare congruentem, ex oratione inedita. *Εἰς τὰς Καλένδας καὶ δὴ καὶ δίκας ἀνέβαλον, καὶ γραφὰς, καὶ τιμωρίας, κλεῖσαι δικαστηρίοις μὲν φόρας, κατηγόρων δὲ τὰ στόματα.*

P. 353. A. 6. *Ἀμελεῖται γάρ.* Iteram hoc habet Themistius, orat. XV. et alibi passim. Desumptum ex Platone. Symmachus, lib. VIII. ep. XXX. *Bonae artes stimulo praemiorum falcibus incitantur.* Tullius: *Honos alit artes, etc.*

Ibid. B. 4. *Ἀντὶ μειζόνων.* Praeturae insignia iam erat adeptus, ut dictum est ad orat. XXVI. Praetura porro inter alia onera, ludos debebat: Themistius ita Praeturae honorem consecutus est, ut ab omni onere, quo Philosophiae uni vacaret, esset immunis.

Ibid. B. 6. *Ὅτι ψευδεῖς αἱ πινακίδες.* Dignitatum olim hic ordo fuit. Primus, eorum qui in actu positi erant. Alter Vacantium. Tertius, Honorariorum. Vacantes ii dicti sunt, qui post aliquod meritum antea gestae administrationis, maiores dignitatis infulas meruerunt. Honorarii tituli dignitatum,
547 nullo laborioso administrationis actu acquiruntur, et sunt umbrae, et nuda nomina, quae plerumque vel per suffragia mercabantur, solum lucrati honorem, vel favore Principis obtine-

bant. Ita Honorarii Consules ab ordinariis vel suffectis diversi, imaginaria Consulatus dignitate potiebantur, codicillis ab Imperatore impetratis, quorum formulam Cassiod. refert, I. Variar. X. Vacantes dicuntur adscriptitii et allecti, ut etiam Honorarii, utrisque enim dignitas Codicillis data est. Hinc Vacantes codicilli, Honorarii Codicilli, et adlectionis honor. At Vacantes, ζωστοὶ, iure cinguli utebantur: Honorarii, ἄζωστοι, solo nitebantur favore Principis. Unde Sidon. lib. V. ep. VII. *Cinctis iura, discinctis privilegia.* Vide Sirmondum in notis ad hunc Sidonii locum. Prioris generis suos codicillos esse contendit Themistius. De honorariis Codicillis et iam antea dictum a nobis.

Ibid. C. 2. *Μισθὸν ἀττικῆς διακονίας.* Melius legeretur, *αὐλικῆς.*

Ibid. C. ult. *Ἐμοὶ τῶν ἐπαργύρων ὀχημάτων.* Significat hoc loco Themistius iam tum sibi competere ius illud utrumque, vehiculorum argenteorum, et praeconis, cum haec diceret: eaque modo a se commemorari idcirco, ut superiorem sibi congruere magistratum docent a doctrina, quam qui a fortuna sit collatus, cuius insignia sunt ea quae refert. Vehiculum enim nomen generale est, sub se complectens varia vehiculorum genera, inter cetera, Carpentum quod quadriiuge, et Carrucas biiuges. Carpentum non modo Augustorum fuit, sed et Praefectorum Praetorio atque Urbi. Cassiod. Variar. lib. VI. formula IV. De Carpento argenteo vetus est illud epigramma, Anthолog. lib. II. c. V. cui titulus, *εἰς Θεμίστιον*, supra relatum, orat. XVIII. ubi vide quae Petavius *ὁ μακαρίτης* habet. Carrucae biiuges erant Honoratorum propriae, id est, eorum qui *emerito honore pollebant*, sive qui administratione aliqua publica perfuncti fuerant: atque eorum etiam qui haberent Dignitates sine administratione. Quod ad Praecones attinet, nemo nescit Magistratuum maiorum fuisse proprios: unde Cassiod. *Si te vox praeconis Praefectum indicat*, et Chrys. hom. XXII. in Ioan. *Ὁ σήμερον μετὰ κήρυκος, καὶ ζώνης, καὶ ὀχήματος, καὶ πολλῶν τῶν ῥαβδούχων φαινόμενος, πολλάκις τῇ ἐξῆς ἡμέρᾳ τὸ δεσμωτήριον ᾤκησε.*

P. 354. C. *Παραχαλέσαντι τὴν Ἀδραστείαν.* Plato Politic. V. *προσκυνῶ δὲ Ἀδράστειαν χάριν οὗ μέλλω λέγειν, Eius quod dicturus sum, invidiam deprecor:* vel, *precor ut mihi liceat hoc impune dicere.* Euripid. in *Ῥήσῳ. σὺν δ' Ἀδραστείᾳ λέγω, Cum bona Deorum venia hoc dixerim.*

Ibid. C. 2. *Χρεὼ τιμῆς.* Iliad. ι'. v. 604. Et mox: *Παρ' ἔμοιγε*, Iliad. α'. v. 74. et 75.

Ibid. D. 2. *Κωνσταντῖνος.* Corrig. *Κωνστάντιος.* Qui

error saepe in Themistianos libros irrepsit, ut Petavius monet, ad orat. IV.

P. 355. A. 9. *Νεῶν ἀπεδείξατε τὸ βουλευτήριον.* De Musarum statuis in Palatio collocatis, Euseb. lib. III. de vita Const. Themistius ipse supra, orat. XIX. pag. 228.

Ibid. C. penult. *Καὶ ἀνδρός.* Neminem nominatim vult
548 designare, sed ei generatim palmam adscribit et *προεδρίαν*, qui Musas, et quem Musae habuerint cariorem.

AD ORATIONEM XXXII.

NOTAE IOANNIS HARDUINI.

In regendis moderandisque animi affectibus, ne forte modum excedant, admirabilem Philosophiae vim declarat: quae non eas penitus studeat excidere, sed flectere in quamcumque partem ratio iusserit: ut non ad austeram Stoïcorum *ἀπάθειαν*, sed ad *μετριοπάθειαν* potius Peripatetico dignam revocentur. Atque huius quidem moderationis exemplum ponit in amore parentum erga liberos: quem qui plane exuerint, habitos semper fuisse crudeles et inhumanos: qui ex prudentiae praescripto induerint, Philosophorum nomine censendos esse contendit.

P. 356. C. *Οτῳ μὲν οὖν ἐπιδέξια.* Desumpta haec sunt ex Platone lib. V. de Republ.

P. 357. A. 5. *Οποῖον Ομηρος.* Odyss. δ'. v. 227.

P. 358. A. ult. *Περσαῖος ὁ Κιττιεύς.* Hunc Origenes contra Celsum lib. III. servum Zenonis fuisse testatur. Laërt. in Zenone, a nonnullis ait existimatum fuisse familiarem Zenonis, ab aliis unum e numero servorum, quo uteretur ille in conscribendis libris. Graece sic habet: *ὃν (Περσαῖον) οἱ μὲν γνώριμον αὐτοῦ, οἱ δὲ οἰκέτην*, etc. Quae postrema vox ansam praebuit scommati Bionis Borysthenitae apud Athen. lib. IV. *Χαριέντως γὰρ ἔφη Βίων ὁ Βορυσθενίτης θεασάμενος αὐτοῦ χαλκῆν εἰκόνα, ἐφ' ἧς ἐπεγέγραπτο, ΠΕΡΣΑΙΟΝ ΖΗΝΩΝΟΣ ΚΙΤΙΕΑ· πεπλανῆσθαι εἶπε τὸν ἐπιγράψαντα· δεῖν γὰρ οὕτως ἔχειν· ΠΕΡΣΑΙΩΝ ΖΗΝΩΝΟΣ ΟΙΚΙΤΙΕΑ· ἦν γὰρ οὗτος οἰκέτης γεγονὼς τοῦ Ζήνωνος*, etc. Meminit huius Persaei Minutius Felix in Octavio.

Ibid. C. ult. *Εἰς Ἄργος, σὺν ταῖς ἄβραις.* Corrig. *εἰς ἀγροὺς, σὺν ταῖς ἄβραις*, quod et Interpres vidit.

P. 359. B. 9. *Λέγει Αἴσωπος.* Est inter Aphthonii fabulas.

Ibid. C. 2. *Περιώγων κρήνας.* Forte, *ἐπὶ κρήνας.*

P. 360. A. 9. *Τοῦ σώματος χῆρα.* Ex Stobaeo legendum puto, *χρείαν*, et sic reddendum, *Alia ad aliam determinatam corporis utilitatem.*

Ibid. C. 2. *Καὶ δέονται οὗτοι λόγου, οὐ τοῦ κωλύοντος.* Hunc locum ita legit Stobaeus: *Δέονται οὗτοι τοῦ λόγου κολούοντος καὶ θλίβοντος καὶ πιέζοντος πρὸς τὴν αὔξην τὴν οἰκείαν. Egent illi* motus animi *ratione quae compescat, cogat, et premat ad incrementum debitum.* Commodior multo lectio illa quam retinuimus.

P. 362. B. *Εἰς δικαστήριον.* Vide Senec. lib. I. Clementia, c. XV. et Valer. Max. lib. V. c. VII.

Ibid. B. 6. *Σατράπας.* Ex subsequentibus puto huc translatam esse hanc voculam ab amanuensi, qui Satrapae nomen proprium legere forte non potuit.

Ibid. *Καὶ Περίανδρον.* Herod. in Thalia. 549

Ibid. C. 3. *Ὁ Ἀρταξέρξης.* Fuit hic Artaxerxes cognomento Mnemon, seu Memor. Is Darium primogenitum suum, contra morem Persarum, apud quos Rex nisi morte non mutatur, per indulgentiam Regem vivus fecerat: nihil sibi ablatum existimans quod in filium contulisset, ut scribit Iustinus lib. X. et Plut. in Artax. At cum deinde filius patris interficiendi consilium, Tiribazo impulsore, cepisset, opera Eunuchi manifesto in scelere deprehensus a patre, eiusdem iussu, Iudicum sententia damnatus atque occisus est. Artaxerxem Plutarchus ait feliciorem Regem fuisse quam patrem, qui primogenitum suum regni heredem, cum aliis quinquaginta, quos ex concubinis susceperat, simul in eum coniuratis, interficere conatus sit: Ocho deinde regni habenas relinquere, qui vivo patre alterum fratrem ad venenum calumniis compulisset, etc.

Ibid. C. 5. *Εὐριπίδου.* Hippolyt. act. IV.

Ibid. C. 10. *Ἀμύντωρ.* Phoenix Amyntoris filius, qui Achilli ad Troiam comes fuit, matri gratificaturus, patris pellicem interfecit. Praetulit Amyntor proprium affectum domesticae pietati, filiumque dire execratus, domo ac patria pulsum, perpetuo multavit exilio. Quomodo manus a patre praeter modum sibi irato filius abstinuerit, narrat ipse in iis versibus quos ex Homero Aristarchus sustulit, ut auctor est Plut. Opusc. *Quomodo audiendi Poëtae.* Vide Homer. Iliad. *I'*. Desumpsit autem ista Themistius ex Euripide in Phoenice, quae una est ex illis Tragoediis quae perierunt.

P. 363. A. 9. *Ὁ Κρόνος.* Hesiod. *Θεογον.* 460. Nota est omnibus de Saturno fabula, qua Physiologi tempus signari putant, quod omnia consumit et quasi deglutit. Ethici vero hoc figmentum ad tyrannorum mores et tragicos exitus accommodant. Tanta enim hominibus insita regnandi cupiditas est, ut pater liberis suis non sit parciturus, quo securius regnet.

Ibid. C. 2. *Τοῦ Σαρπηδόνος.* Iliad. *π'*. 431.

Ibid. D. 2. *Ἐνδέδοται.* Stobaeus legit, *ἐνδέδεται, obligatus est.* Serm. CCI.

AD ORATIONEM XXXIII.

NOTAE IOANNIS HARDUINI.

ΑΝΕΠΙΓΡΑΦΩΣ et mutilae huic Orationi quis titulus fuerit, incompertum est. Nos temere illum, quem ibi legere est, indidimus: tum ne nullus esset, tam quod a proposito sub finem exordii argumento, quod unum ad nos pervenit, haud longe abhorret.

P. 364. *Ἀριστόξενος.* Tarentinus fuit is, idemque insignis primum Musicus, mox et Philosophus, Aristotelis auditor, Theophrasti aemulus. Scripsit, si Suidae credimus, Musica, Philosophica, historica, et omnigenae eruditionis libros, numero CCCCLIII. Mentinit Hieronymus in Praef. libri de script. Eccles. voluminis ab Aristoxeno scripti, de vitis virorum illustrium. Et Athenaeum vide, lib. XII. pag. 545. lib. XIV. pag. 632.

Ibid. D. 8. *Ὥστε καὶ τετρώσκει.* Idem argumentum prorsus elegantter amplificat Synes. orat. de regno, circa initium.

P. 365. A. *Επειδὴ* **. Lacunam ita supplemus ex orat. XXIV. pag. 307: *Πολλοὺς μὲν ἀγροὺς, πολλὰς δὲ οἰκίας πεπαμένος, qui agros multos, multasque domos possidet.*

Ibid. B. 9. *Μενέλεω.* Odyss. *δ'*. v. 93.

Ibid. C. 11. *Ἀνευ τῆς τέχνης.* Iulian. ep. ad Themistium, haec ex Platone refert lib. IV. de Leg: huic loco maxime opportuna: *Θεὸς μὲν πάντα, καὶ μετὰ Θεοῦ τύχη καὶ καιρὸς τὰ ἀνθρώπινα διακυβερνῶσι ξύμπαντα· ἡμερώτερον μὴν τρίτον συγχωρῆσαι, τούτοις δεῖν ἕπεσθαι τέχνην.*

Ibid. D. 4. *Τῆς ψυχῆς*. Melius, ut nostra est conjectura, ad mentem Themistii erit, si legas, *τῆς τύχης*.

Ibid. D. penult. *Πρός τι*. Malim, *προσέτι*.

P. 366. A. 11. *Καὶ ἀνέχονται*. Videtur deesse vel particula negativa, *οὐκ*, vel exclusiva, *μόλις*.

P. 367. A. 7. *Απαναγκάζουσιν*. Forte, *ἐπαναγκάζουσιν*.

Ibid. A. 8. *Περιφέρειν*. Malim legere, *παραφέρειν*.

